









1699.

1. \* Ettmeller, Michael Ernestus: Decanum Fac. med. ....  
Lectori bimenuis s. p. D. (Programma, quo ad solen-  
num a schola Michaelis Ernesti Ettmelleri etc etc.  
in stat.
2. Alberti, Joh. Gottlieb: De jure et ceteris circa  
temporalia.
3. Barthius, Falquem: De iuris, non. confesso  
4<sup>o</sup> Colens, Janus: De penitentia s. Tentor. Non.  
non. 2 Sculp. 1699 - 1719.
5. Fries; Ritter: De praeordinis debitis ex  
scientia censoris occasione 13 P. de non. et  
deleg.
6. Gerhardus, Gottlieb: De ceteris iuriis gentium circa  
juramentum.
7. Goez, Gaspars Christian: De amissione haeretica.  
Le ab innullam mortem

1699.

8. Menckevius, Luedens : An actio, ut injuria ver.

Gales inter omnes instituta et presentatio  
rejecta, propter incidentem prescriptionem,  
plano est extincta?

9. Mullerus, Empiricus Emilia : De salta naturae

10. Mullerus, Fabius : De officio hominis, quod  
sibi debet.

11. Pezoldus, Carolus Fustorium : De sanctis et vocant  
Christi larvis et musculis.

12. Schmidius, Job : De favore necessitatis.

13. Brandenborghius, Bartholomaeus Tenebraria : Amm-  
laciones juri fundalis et lucubrations j. R. 19.  
Secretaria VI. : De causa fundi effcente.

14. Brandenborghius, Barthol. Tenebraria : Amm-  
laciones juri fundalis et lucubrations j. R. Secretaria VIII : De fundi  
caspiatione

1699.

15. Suerenturverffens, Bartholomaeus Leckhardt : Annotationes  
juri fundatis et luctationes j. R. Secretario VII.  
de materia fundi.

16. Suerenturverffens, Barthol. Leckhardt : Annotationes  
juri fundatis et luctationes j. R. Secretario VIII :  
de modis constitutis et argumentis fundam.

17. Suerenturverffens, Georg Grotius : Recens episcopalis  
vacatione

18. Hugly, Christ. Endren : De immunitate iure  
privilegiorum.

- R. 19. Wertherus, Iohannes Balckarus : An violenta  
defensio et iuris aggrediorum in casu recessi  
latis n't permitta?

20. Wertherus, Ioh. Balckarus : De natura et ratione  
iuris iuratum impunitate.

1699

21. Wernerus, Th. Bulckens : De principiis officiorum  
humanaorum iuris.

22. Wernerus, Th. Bulckens : Iudicium de processu  
nonnullis scriptoribus iuri naturali

23. Bulckens, Th. Breth : De modo obligacionem homi-  
num ipsa latet mutuam scientiam demonstrandi

L. N. J. 1699, 4<sup>a</sup>  
M. JOANNIS COLERI,  
SS. Theol. C.

SCHEDIASMA HISTORICUM

De

JESUITISSIS

s.

Besuiter = Nonnen /

Quod

Benevolo Indultu  
Amplissimæ Facultatis Philosophicæ

In Philurea Illustri

Mense Octobr. A. M. DC. IC.

RESPONDENTE

JOANNE TOBIA Gleich / Gerano

Philosoph. Baccal. SS. Theol. Stud.

Pro Disputatione publica  
ventilatum

Nunc

Accedente Bulla Papali  
Auctius hinc inde & correctius communicatur

Nundinis autumnalibus

A. O. R. M. DCC. I.

Denuò Recusa.



ILLUSTRI & EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
**D. FRANCISCO**  
**CONRAD O**  
**ROMANO,**

JCTO FAMIGERATISSIMO,  
COMITI PALATINO CÆSAREO,

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS POLONICÆ ET SERE-  
NISSIMI ELECTORIS SAXONIÆ IN SUMMO AP-  
PELLATIONUM AUDITORIO  
CONSILIARIO,

INGENUÆ AD D. MARIAM VIRG. CATHEDRALIS WURCEN-  
SIS CANONICO REVERENDISSIMO,

REGII ET ELECTORALIS COLLEGII BANCO DI  
DEPOSITI DICTI DIRECTORI GRAVISSIMO,

SCABINATUS LIPSIENSIS, UT ET JUDICII PROVINCIALIS IN MAR-  
CHIONATU LUSATIÆ INFERIORIS ADSESSORI  
SPECTATISSIMO,

NEC NON  
FLORENTISSIMÆ REIPUBLICÆ LIPSIENSIS  
CONSULI NUNC REGENTI MAGNIFICO.

**MÆCENATI SUO**  
**INDULGENTISSIMO.**

ILLUSTRIS & EXCELLEN-  
TISSIME DOMINE,  
MÆCENAS INDULGENTISSIME.

**S**Trepitus inter plausivos huc usque re-  
sonantes votaq; Musarum ob singula-  
rem profsus dignitatis ascensum ILLU-  
STRI EXCELLENTIÆ Tuæ adspirantia,  
catenatam se vinculis sentit & Musa mea offerre li-  
bamen. Evidem honoris Culmen & fastigium,  
quod ascendisti , altius existit , quam omnium  
Clientum congratulantium votis queat peti , do-  
na enim miranda satis , quæ mater provida , na-  
tura TIBI contulit , ecquis non veneratur pecu-  
liaria ? Homo sane existis , ut Cujatius fertur,  
divinus , verum rarumque naturæ delicium ,  
omnis Excellentiae speculum , omnis dignitatis  
miraculum ac cœleste quoddam prodigium , Vi-  
rorum Magnorum addo illustre Compendium ;

Quem itaque Civium non attrahit vi magnetica  
vivida frons atque redimita , ingenua Personæ  
Magnificæ Statura , Singularis prorsus humanitas  
& mansuetudo , quippe quæ Regentibus nostri  
quidem Seculi genio adeo frequens non est ;  
Quem non rapiunt Ingenii dotes maximè præ-  
stantes ? Quis in Themidis Auditorio stupendo  
fervore tenus hac non percepit Eruditionem ,  
qua polles , haud vulgarem ? TE cum præsta-  
res ORATOREM , cuius in ore pergratum vi-  
gorem Auditores advolati & ad illustris sui Do-  
ctoris pedes circumfuse sedentes attoniti sunt ad-  
mirati , PROFESSOREM multifaria præditum  
scientia nectareque Themidis paſcentem filios .  
Quæ musarum in TE non miratur Artium libe-  
ralium cultum satis exercitum ? quarum ferè  
omnium Reginam , feroceſ , quin bestias dul-  
citer domantem , fides blandis impellendo digitis  
exquisite perquam colis , adeo non TIBI saltum ,  
sed post DEUM artibus laborasse omnibus visus .  
Et quæ omnium Virtutum Princeps audit , pie-  
tas , pectus mirifice regens , quam *xala πόδα*  
sequitur Justitia & æquitas , quamque exerceuisti  
hactenus , in quibus gravissime adſides Judiciis ,  
quæ itaque Curtius Rufinus de Amynta ſuo dice-  
re conſevoirit , eadem de TE affirmare haut du-  
bito : **ESSE OMNIBUS IMPERATORIIS**

(CON-

( CONSULARIBUS ) VIRTUTIBUS INSTRU-  
CTUM. Qua de re non est , cur miremur ,  
favore regio TE dignum haberi & amore , TE-  
que magnitudinem & vim amoris civium profe-  
qui , adeo ut ceu fulcrum ac columen Senatus  
submisse agnoverint , Tibique fasces prensanti  
consulares plaudentibus Musis castalidibus , læ-  
tabundi aplauserint ; Habent , cur plaudant ,  
qualem enim Tullius , Romani Fori Gloria de-  
scripsit ANIMO Consulem ESSE OPORTERE ,  
CONSILIO , FIDE , GRAVITATE , VIGILANTIA , CU-  
RA , TOTO DENIQUE MUNERE CONSULATUS ,  
OMNI OFFICIO , qualem poposcit Consulem Terra-  
rum Gentiumque Dominatrix , Roma , Talem  
in TE , MAGNIFICE ROMANE , Fori Lipsi-  
ensis Gloria Romana invenit decantatissima Mis-  
niæ nostræ Corona , Lipsia ; Quare & hodienum  
Fama tua volitat per Saxoniam & volitabit tot  
tantisque meritis per orbem terrarum . Hinc &  
Musæ Philureæ à primordio statim Tui Consula-  
tus hostimenta sua publica Tibi obtulerunt , &  
ego , ILLUSTRIS MÆCENAS splendidissimis  
Tuis Familiis per integrum ferme decennium  
sancte obstrictus , id muneris chartacei oblati  
antehac Principi Saxonico , TUÆ ILLUSTRI  
EXCELLENTIÆ nunc , quicquid est auctioris  
stupescere cum Reverentiæ sensu non potui non

offerre. Aperias quæso, ut hactenus clienti solitus limitem favoris Tui laxum, accipias obsecro, fronte serena hostiam nitidis non ignibus sed calidis pro salute & felicitate Tua ardentem votis. DEUS omnis felicitatis Autor, Fundator & Stator TIBI, MÆCENAS OPTUME, vitam concedat longævam, ut Lipsia, Tua Aspasia, ROMANUM superstitem sibi per integrum Seculi diuidium CONSULEM olim sit gratulatura, & si hujus universi Arbitro visum fuerit, Consualia Romana de novo celebratura, Premat TE sumnum Numen omnibus faustis, constituat TE Potentissimus Rex Musagetam, ut regimen Tuum Bruti, Tarquinii, Tullii & Bellisarii, Romanorum Consulum felicitate superet & ad Posteros Tui notitia ac Fama eo clariore penetret radio, DEUM ita pro felicitate Tua assidue implorans ad fata usque perseverabo

## Illustris Excellentiae Tuæ

*Cliens perpetuus humillimus.*

JO. COLERUS.

## LECTOR BENEVOLE.

**S**icut se conspectui tuo Schediasma hisoricum de Jesuitissis,  
quod ante biennium Iesu Patroni cuiusdam certissimi è  
cathedra Academica Lipsensi defendimus, id quidem so-  
su unius alteriusve Amici hinc inde auctius atque corre-  
ctius; Addidit quoq; calcar Decanust.t. maxime spectabilis, MAGNI-  
FICUS D. CYPRIANUS, Patronus noster atque Preceptor vene-  
randus, qui oppositione officio suo primum satisfaclurus nomine  
Ampliss. Facultatis Philosòphice hanc nostram Dissertationem  
splendidissimo Auditorio publicè commendabat. Hinc cum tem-  
pus rerum edax exemplaria intra biennium distractis, noluimus  
Tibi alteram hujus editionem invidere, quin potius addere eidem  
Bullam Papalem ex Bullis Joannis Hoornbeekii Ultrajecti 1653.  
impressis desumtam.      B. D. Matthias Zimmermann. eandem  
quidem suo Commentariolo de Presbyterissis Vet. Ecclesie p. 83. in-  
sernit, sed cum uterque liber ex defectu exemplariorum in omnium  
manibus non sit, consilio MAGNIFICI D. ITTIGII nostri hanc  
Bullam anneximus, dolentes invicem, quam citat Lipenius in  
Bibl. sua Phil. p. 712. Censuram sedis Apostolicae adversus  
sectam mulierum Jesuitissarum, Friburgi Helvetiorum à  
Jesuitis olim intrudactam, iterum non vidisse. Quodsi ita-  
que, LECTOR BENEVOLE, omnia, qua Roma & alii in  
Pontificiorum locis acta sunt cum Jesuitissis hic non inveniris,  
ex defectu hujus & aliorum librorum rariorum factum ceu aquus  
Lector nobis non imputabis; Interim tamen non omne oleum &  
operam & in hoc studiorum genere perdidisse  
operamus.      Vale.

argenda  
laetitia

## Contenta Omnium Paragraphorum.

- §. 1. *Vocabulum Jesuita circa etymologiam evolvi:ur.*
2. *Vocabulum Jesuita abs Jesuita derivari demonstratur. (cur,*
3. *Synonyma Jesuitarum proferun*
4. *Ingeniorū lusus de vocabulo Jesuita,*
5. *Ostenditur nomen utrumque tum Jesuita, tum Jesuitissa esse affectatum.*
6. *Esse nomen ambitiosum.*
7. *Esse nomen speciosum.*
8. *Esse nomen famosum.*
9. *Esse nomen schismaticum. (num.*
10. *Esse nomen injuriosum & blasphemii De Autorē totius Sectæ agitur. (citur,*
12. *Fundatrix Jesuitarum produc-*
13. *Queritur, an Jesuitissa ad id vivendi genus, cui se adstringere volebant, fuissent idoneae? (nata.*
14. *Qualitas, qua debuissent esse exor-*
15. *Recensentur Exempla mulierum, qua in Ecclesia docuerunt, & qua forsitan Jesuitissas fuerunt incitamento.*
16. *Conceditur Jesuitissis Eruditio, sed exinde fluere docendi munus denegatur.*
17. *Opponitur: Mulieres viris esse religiosores.*
18. *Reponitur: Esse etiam ad superstitionem, & in heres propensiōres.*
19. *Jesuitissas convinci potuerunt ex abrogatione Presbyterarum primitiva Ecclesie.*
- §. 20. *Adducitur Jesuitarum doctrina preprimis catechetica.*
21. *Doctrina de sacra Scriptura.*
22. *Reservetur Symbolum Jesuitarum, quoniam itur Theologia Jesuitica.*
23. *Theologia moralia Jesuitica in Exemplis exhibetur.*
24. *Cui annexuntur Jesuitica aquisitiones & reservationes mentales.*
25. *Ubi fuerunt Jesuitissas?*
26. *Quomodo se coegerunt?*
27. *Rationes papales suppressionis Jesuitarum. (rune.*
28. *Admonitiones papales non curas.*
29. *Urbanus VIII. ad suppressionem ipsarum progressus est.*
30. *Damnum adhuc hodie Jesuitissa.*
31. *Occasiones, quæ ipsas dantur, ut Jesuitico Ordini devoteant.*
32. *Jesuitissas differunt à ceteris Moralibus ratione Originis.*
33. *Ratione forme, de voto paupertatis.*
34. *Quomodo exercant hoc votum.*
35. *Simulant Paupertatem.*
36. *De voto castitatis. (tim.*
37. *De Jesuitarum castitate specia-*
38. *De voto Obedientia.*
39. *Quarto voto se certo modo eriam adstringunt. (ne vestitus.*
40. *Differunt à ceteris Clippis ratio-*
41. *Ratione morum & gestuum.*
42. *De interitu totius Societatis differunt.*
43. *Tandem concluditur.*

S. D. N.

# D. URBANI

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ VIII.

SUPPRESSIO

Prætense Congregationis Jesuitistarum.

Juxta Exemplar Joannis Hoornbekii Bruxella impressum.

# URBANUS EPISCOPUS

## SERVUS SERVORUM DEI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**P**ASTORALIS Romani Pontificis, cui cura vineæ Domini Sabaoth, ineffabili superni Patris familiae providentia concredita esse dignoscitur sollicitudo, in id præcipue incumbit, ne in agrum Dominicum Operarii sine delectu temerè se ingerant, sata dissiperent, consita evellant, zizania inferant, & adulterinas in eo plantas superinducant; licet autem Orthodoxis Lateranen. & Lugdunen. Conciliorum generalium ordinacionibus distictè prohibitum esset, ne quis novæ Religionis instituendæ auctoritatem sibi arrogare præsumeret, pariterque fec. JOANNIS XXII. virorum, & pia mem. CLEMENTIS V. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum salutaribus Constitutionibus, malierum cœtus auctoritatè privatæ, & de fa-

A

cto

2  
**BULLA CONTRA**

cto instituti tanquam exitiosi palmites damnati & sublati fuissent.  
Et nihilominus (prout non sine gravi animi nostri molestia accepéramus) in nonnullis Italæ & Ultramontanis partibus, certæ mulieres, seu virgines Jesuitarum nomine assumpto, citra ullam Sedis Apostolicae approbationem ab aliquot annis in unum convenire solitæ, vitæ religiosæ ducendæ prætextu, peculiarem & distinctum à cæteris habitum usurpassent, ædificia in Collegiorum formam redigissent, domos Probationum erexissent, in eisque Superiorē, ac prætensiæ Congregationis sua Generalem indito Præposita titulo, & attributis facultatibus bene vīta constiuit̄, in illiusque manibus Pauperatis, Castitatis, & Obedientiæ vota, ad instar solemnum emittere, clausuræque legibus non adstrictæ pro libitu divagari, ac specie salutis animarum promovendæ, aliaque opera permulta sexus, & ingenii imbecillitat̄, & modestiæ muliebri, ac virginali præsertim pudori minime convenientia, & quæ viri sacrarum literarum scientiæ, rerum usu, vitæque innocentia spectatissimi difficultè admodum & non nisi magnâ circumspectione adhibitâ aggrediuntur, attentare & exercere consueverint: Nos ex crescentes in agro militantis Ecclesiæ vepres mature evellere fatagentes, venerabili Fr. Aloysio Epis. Iricaren, nostro, & Apostolicae Sedis in partibus inferioris Germaniæ Nuntio, & nonnullis locorum Ordinariis deditus in mandatis, quatenus propositis gravibus periculis, & scandalis exinde resultantibus mulieres, seu virginis præfatas ex parte nostra Apostolica serio monitas à temerario incepto ad saniora concilia revocare conarentur; Verum quia illæ Dei timore, ac nostro, & Sedis Apostolicae respectu posthabito, in grave animarum suarum præjudicium, & bonorum omnium offenditionem arroganti contumacia paternis & salutari bus monitionibus nostris nedum non paruerunt, sed etiam indies similia attentare, ac multa sane doctrinæ adversantia proferre non erubescunt. Nos tantam temeritatem ariori censurā coercendam, & plantas istas Ecclesia Dei noxiās, ne ulterius se diffundant, radicibus evellandas & extirpandas esse decrevimus. Habitaque itaque cum venerabilibus Fratribus nostris

S.R.E.

S.R.E. Cardinalibus adversus hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus ab eadem Sede specialiter deputatis maturâ consultatione, de illorum unanimi concilio & assensu, Conciliorum præfatorum decretis, corundemque Prædecessorum nostrorum vestigiis inherentes, prætensam congregationem mulierum, seu virginum Jesuitissarum nuncupatarum, illarumque sectam & statum ab ortu sui primordio nullos & invalidos, nulliusque roboris vel momenti fuisse, & esse Apostolica auctoritate tenore præsentium decernimus, & declaramus; Et quia de facto processerunt, eadem auctoritate penitus & omnino supprimimus & extinguiimus, perpetuæque abolitioni subjiciimus, & ab Ecclesia Dei sacrosancta funditus tollimus, delegamus, & abrogamus, ac pro suppressis, extinctis, evulsiis, deletis, & abolitis ab omnibus Christi fidelibus haberi, & reputari volumus, & mandamus, nec mulieres & virgines hujusmodi ad votorum præfatorum observationem ullo modo teneri & obligari volumus. Insuper assertas Visitatrices, Rectrices, & Præpositam generalem, ac alias quascunque Congregationis & sectæ hujusmodi Officiales quoquaque nomine appellatas, officiis & muneribus suis de facto usurpati omnino privatæ esse, & fote decernimus pariter & declaramus, & quanto opus sit privamus, illasque ab eisdem officiis & muneribus omnino amovemus, easque omnes & singulas mulieres & virgines, quæ voti, seu cujuscunque alterius vinculi, promissionis, vel cujusvis causæ prætextu ad aliquam obedientiam se obligatas putarent, ab ea, & quoquaque vinculo & promissione hujusmodi, cam ratâ & jurata absolviimus, & totaliter liberamus. Adhac mulieribus seu virginibus, & assertis earum Superioribus præfato, & quoquaque alio nomine nuncupatis, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis majoris poena ipso facto incurrenda, à qua nonnisi à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constitutæ absolvî possint, præcipimus & mandamus, ut extrâ hujusmodi Collegia vel domos ubi hactenus habitarunt, aliæ ab aliis seorsum degant, nec insimul ad aliquid

4                    BULLA CONTRA

spirituale vel temporale consultandum , seu peragendum , aut eo quovis modo tractandum convenient , suscepsum per eas de facto , ut præfertur , habitum statim deponant , nec illum amplius resumant , minusque alias virgines seu mulieres ad illum admittantur vel recipient , nec ulli earum ad hæc consilium , auxilium , vel favorem directè vel indirectè , aut aliæ quomodolibet præstent , vel pro religiosis , seu prætentis Congregationis , aut sectæ hujusmodi sequacibus ullo modo se gerant , mulieres etiam ac virgines , quæ eo animo vota fecerit de facto , ut præfertur , emiserunt , ut in illo statu ab Apostolica Sede reprobato ea emissuræ non fuissent , utpote conditione sub qua tacitè voverunt non impleta à votorum hujusmodi obligatione omnino solitas & liberas esse declaramus . Quæ autem in quincunque eventum vovere voluerunt , cum earum vota sine simplicia honestè vivere , seorsum tamen ab aliis hujus reprobati status , ac prætentis Congregationis seu sectæ , & ab omnibus supra prohibitis abstinentes , in seculo poterunt sub Ordinarii obedientia , & cum usu , non dominio bonorum , sed tantum cum facultate , quam illis misericorditer concedimus , de iis in vita & in morte ad usus pios disponendi , ab intestato etiam ad eos devolvendis qui paupertatis voto ab his mulieribus non emisso , illis successuri fuissent . Et in eventum in quem aliquæ ex mulieribus , seu virginibus præfatis ad conjugalem statum transire voluerint , eis permittimus , ut matrimonium servatis alias servandis contrahere possint , eisque apostolicam benedictionem , & quatenus opus sit cum omnium votorum de facto , ut præfertur , emissorum relaxatione impartimur . Quoniam vero secundum Apostolum , qui matrimonio jungit virginem suam bene facit , & qui non jungit melius facit , easdem mulieres & virgines per viscera misericordiæ CHRISTI quo possumus paternæ charitatis affectu monemus , & in Domino hortamur attente , ut desiderii quo se regularis vita ducendæ teneri ostenderunt memores , tollant jugum Domini super se , & abnegantes semetiphas & sæcularia desideria approbatum ab eadem sancta Sede aliquem Sanctimonialium Ordin.

J E S U I T I S S A S .

5

Ordinem quanto citius ingrediantur, inibique fidei & piâ permissione vota voveant Deo Jacob, & innocentes manibus, & mundo corde in assiduo spiritualium operum exercitio superædificantes exhibeant se illustriorem gregis CHRISTI portionem, lampadesque suas flammâ charitatis succensas prudenter aptent sponso cœlesti obviam ituræ. Decernentes præsentes literas, omniaque & singula in eis contenta, etiam ex eo quod prætentæ Congregationis, vel scætæ mulieres, aut virgines hujusmodi, vel alii quicunque in præmissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes nullatenus consenserint, nec ad ea vocatae & auditæ, seu vocati & auditæ, minusque causa propter quas eadem præsentes emanariat adductæ, verificatae, seu alias sufficienter, aut etiam nullatenus justificatae fuerint, nullo unquam tempore de subscriptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexigitato, & substanciali, sive etiam ex eo quod in præmissis, seu eorum aliquo solemnitates, & quavis alia servanda & adimplenda, servata & adimpleta non fuerint, aut ex quovis alio capite à jure vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis enormissimæ & totalis lesionis, aut quoconque alio colore etiam in corpore juris clauso, seu occasione vel causa etiam quantumvis iusta, rationabili & privilegiata, etiam tali quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra hujusmodi, & aliis superiùs expressis seu relatis nihil ullibi appareret, seu alter probati posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutioonis in integrum aperitionis oris, reductionis ad viam & terminos juris, aut aliud quoconque juris, facti, gratiæ, vel iustitiæ remedium impetrati, seu quomodolibet concedi, aut impetrato vel concessio quempiam uti, seu se juvare in iudicio vel extrâ posse, neque ipsas præsentes, sub quibusvis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensioni-

A 3

bis,

bus, limitationibus, aut aliis contratiis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendi, comprehendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac per omnes & singulos ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari, sicutque & non aliter in præmissis omnibus & singulis per quoscunque Indices ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuntios, ac alios quavis auctoritate & potestate fungentes, in quavis causa & instantia sublata eis, & eorum cuiilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique judicari & diffiniri debere, irritum quoque & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus Fratribus, ac dilectis Filiis nostris, & Apostolicæ Sedis Nuntiis, nec non Patriarchis, Primatis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis ubilibet existentibus per Apostolica scripta mandamus, ut statim atque præsentes nostra literæ ad eorum, & cujuslibet eorum notitiam quoquomodo pervenerint, illas solemniter publicent, & publicari faciant, ac in eis contenta quæcunque debitæ executioni demandent, & demandari procurent per se, vel alium, seu alios, prout in Domino judicaverint expedire, Contradictores quoslibet & rebels, ac præmissis non parentes per sententias, censuras, & penas ecclesiasticas, aliqua opportuna juris & facti remedia, omni & quacunque appellatione, recursu, & reclamacione remotis compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Non obstantibus quatenus opus sit recolenda memoria Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Ut autem præsentes, & in eis contenta quæcunque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætendere possit, volumus pariter, & mandamus,

damus, quod cædem præsentes per aliquem, seu aliquos ex Cursoribus nostris ad Ecclesiæ Lateranen. & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, nec non Cancellariæ Apostolicæ valvas, ac in acie campi Floræ affigantur & publicentur, & cum inde amovebuntur eartum exempla in eisdem locis affixa dimittantur, quæ sic publicatæ, & affixæ, quod duos menses à die publicationis computandos omnes & singulos quos concernunt perinde afficiant & arcent, ac si ulli illorum personaliter intimatae, & notificatae fuissent, quodque illarum transumptis impressis sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & manu alicujus Notarii publici subscriptis eadem prorsus fides adhibetur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suppressionis extinctionis, subjectionis, ablationis, deletionis, abrogationis, decretorum privationis, amotionis, dissolutionis, liberationis, præcepti declarationum, permissionis, imparutionis, monitionis orationis voluntatum & mandatorum infringere, vel ei ausu termeratio contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis DEI, ac beatorum PETRI & PAULI Apostolorum ejus se noverit incutsum. Datum Romæ apud S. PETRUM Anno Incarnationis Dominice millesimo sexcentesimo trigesimo, Id. Januar. Pontificatus nostri Anno octavo.

## E. D A T

A. Rondininus.

Visa de Curia A. Hurandus.

G. MONTANUS.

*Registrata in Secretaria Brevium.*

IN DEI nomine Amen, Anno à Nativitate Domini nostri JESU CHRISTI millesimo sexcentesimo trigesimo primo, die verò vigesimo primo Mensis Maji, Indictione decima  
quar-

quarta , Pontificatus autem Sanctissimi in CHRISTO Patris & Domini nostri Domini URBANI Divina providentia Papæ Octavi , Anno ejus Octavo , supradictæ Litteræ Apostolæ publicatae , & affixa fuerunt , ac dimissis copiis ad Basilicas Ecclesiarum SS. JOANNIS Lateranensis , nec non Principiis Apostolorum Urbis , & in Cancellaria Apostolica , ac in acie Campi Floræ , ut moris est , per me Augustinum de Bolis Romanum , S.D.N. Papæ Curlorem .

*Matthias Spada Magister Curorum.*

*Imprimatur*

*F. Archiep. Comps. Nuntius.*

*S. I. De*

**D**E Jesuitiss nunc nobis differentibus ante omnia incumbit etymologicē demonstrare Origenem hujus denominationis, quam in vocabulo *Jesuita* proxime, remote autem in optimi Sospitatoris nomine *Iesu* ipsi hujus societatis Autores quāsiverunt, sēque nominavere: *Quasi Socios Iesu*. Līcet alii quidem putent mutuo sumtum esse hoc nomen ab *Jesuatis*, quorum Autores *Columbanus* & *Franciscus Vincentius* in Italia erant circa annum 1366, quem ordinem confirmavit *Urbanus V*, & ex hac ratione vīsi sint denominati, quia nomen *Iesu* frequentius haberent ī ore vid. *Hoornbeekius Exam. Bulle contra Jesuitis. p.m. 16*. De quibus *Jesuatis* *Sabellicus* scripsit, quod collecti fuerint ab initio domesticatim simplici habitu amicti, multa *Innocentia* & pietate Viri, victum sibi labore & opera quārantes, Apostolici ab initio Clerici nuncupati, vid. *Martinus Chemnitius in delineatione originis Jesuitarum, quam premisit praecipuis capitibus corundem, que Rupelle 1584. typis impressa sunt Tom. I. p. I.* Sed abs ipso *Jesu Salvatore* peti hanc denominationem rectius putatur, ita enim à *Paulo V. Pontifice* hæc denominatione in ipsa bulla *Jesuitarum* confirmata fuit his verbis: *Societas, quam Iesu nomine insigniri cupimus, quam bullam inseruit insimul Hoornbeekius examini suo & legi hæc verba possunt p.m. 19. confirmat id & Thuanus, maximus ille historiæ Conditor lib. 37. p. 691. ubi recenset: Ignatium vidisse Deum patrem, quo viso tunc societatem suam hoc titulo exornasse, memorant, inquit Thuanus, qui Ignatii acta scripserit, Deum Patrem vīsum, qui Iesu filio crucem bajulanti & crudelissimi affecto cruciatibus ipsum Ignatium ac socios commendaret & se iis Roma propitium fore ultro recipere. Atque inde Ignatium postea societati se instituit Jesus nomen indidisse; Eandem sententiam defendit *Joannes Petrus Maffejus lib. II. c. 5.* ubi vitam Ignatii descripsit prolixius, quem etiam citat *Hospinianus de Origine Jesuitarum c. 2. p 14.* Ideoque sese vocant adhuc hodie è societate *Iesu*, quia praeter ceteris Pontificiorum ordinibus nomen, doctrinam & honorem *Iesu* capellant & propagant. Annibal Cadretus, *Jesuita*, dicitur in libello quodam *Lugduni impresso* expresse scripsisse, *societatem Jesuiticam suum inde habere nomen, quoniam à DEO adsciti sunt**

contubernales datique filio ejus Jesu Christo, qui ipsos individuo suo sibi assūserit, vid. Wolffius in *Lectionibus memorabilibus Centen. XVI.* p. 1080. In Gallia vulgo hinc inde Jesuastas & Jesuistas esse nominatos, quem titulum in specie deberent Advocatis in controversia, quam cum Academia Parisiensi Anno 1564. habuissent, imprimis Carolo Molinæo, Jcto nominatissimo in consilio de Receptione Jesuitarum in regnum Gallie, memorat *Hospinianus de Orig. Jesuitarum* p. 18.

§. II. Vocabulum *Jesuita* à voce *Jesuita* omnino originem trahit connotatque nomen sexui sequiori attributum, quod ordinis huic mulierei ex hac ratione competit, quia Jesuitarum vestigis inherere juxta ipsorum Ordinem, regulas ac consuetudines vivere se obligent; quemadmodum abs aliis Officii ac dignitatis nominibus sexus sequior alias participat v. g. Decanissa à Decano, Presbyterissa à Presbytero, Diaconissa à Diacono. Evidem in Protestantium Ecclesias tali denominatione tantum frui licet his feminis, quæ in matrimonio vitam degunt ac maritorum nominibus honorificis afficiuntur; Ast in Pontificiorum Ecclesia ordines feminæ sibi sumunt prædicatum, juxta quorum Religiosorum Instituta Pontifici Romano velificantur. Hodie quidem feminæ in nominata Ecclesia non adeo diversis titulis & prædictis superbiunt, sed dicuntur uno verbo *Religiosa* seu *Nonna*, ab antiquo vocabulo *Nonnus*, quod in ægypto olim fuit frequentissimum usque receptum pro viduis fugientibus conjugium, ita *Edeffenum Episcopum*, *Nonnum* fuisse nominatum & *Materem* Gregorii Nazianzeni *Nonnam* confirmat Baronius in *martyrologio Romano* de isto ad d. 2. Decembbris p. 505. de hac autem ad d. 5. Augusti p. 327. At vocabulum *Nonnus* hodie non æque sexui masculino attribuitur, sed usurpatum nomen *Mönch* græcè *μοναχός* à οὐράζει solus vivere & latine *Monachus* seu *solitarius*, ac feminino, quod nostro Idiomati reliquum est: *Nonne*; alibi etiam & apud Pontificios usitatus *Kloster* & *Zungfer*.

§. III. Quod autem Synonyma Jesuitarum in specie concernit, reperimus hinc inde unum alterumve; Ita enim *Pias Itali*, *devotas Galli*, *beatas Hispani* easdem vocarunt quandam, quod vitam viverent praeceteris sedulam, modestam & accuratam; sed hic obtinet Proverbium: *Graculus graculo assidet*, religiosas enim suas religioni pontificiæ addicti nunquam contemnent ipsi; aliter sonat apud

apud Belgas, qui easdem nominarunt Dūsters / Quesels / Queselen / Klopp / Kloppen / ultrajecti in specie Paters. Kloppen. Rationem denominationis derivant exinde, quod nomen Quesels sive Kloppen idem sit ac latinis pulsantes seu pulsatrices, & hac ratione sic dictas volunt, quod continua precum & virtutum exercitiis divinas pulsent aures. Alii vero originem ducunt ab inquirendis per se pe pulsandisve Sacerdotum Clericorum & Confessorum habitaculis. Sed vocem belgicam Quesels aliter interpretari possumus, suam enim originem dicit à verbo Queseln aut Queselbollen/ quod Latini vertunt nugas agere, nugas serio tractare, unde Queselinge significat nugas, quisquilias, qua significatio in Jesuitislas non male quadrat, circumiectum enim otiosa ejusmodi & curiosæ mulierculæ garrularum instar, domos hinc inde quasi pervolitantes, quisquiliæ que nugas ac opiniones suas jesuiticas spargunt contra 1.Tim.V, v.13. vide Querelas Jansenistarum aut Lovaniensium de ejusmodi mulierculis in anonymo libello gallico : *Reponce d'un Ecclesiastique du Louvain c. 14.* in quem quidem in præsentiarum introspicere nobis non licuit. conf. Gisbertus Voëtius Polit. Eccles. Part. II. Lib. I. tract. 4. de mulieribus cap. 2. p. 209. & lib. IV. tract. IV. c. 9. p. 1012. & 1013.

§. IV. Sed maxime infelices fuerunt socii & sociæ affectato hoc Iesu nomine, sic enim & ab origine ipsorum lusum statim fuit cum eodem, ita fuerunt, qui ex historiis V. T. *magorumq[ue] o[ste]ri* quæsiverunt & eosdem dixerunt Jesuitas quasi Elavitas vel Iebusitas; quod quidem comparatio inter hos & Jesuitas non difficulter institui queat, qua ipsorum fraudibus respondeat, nostrum nunc non est ulterioris inquirere ; Ex Germanica lingua rationem notationis posse commodius & melius inveniri, cum debeant esse Germanorum Apostoli , putat Wolffius in *Leet. memorab. centen.* 16. p. 497. sic etiam apud nos dicuntur Jesuwiter/ quasi Iesu wieder/ rarus enim non est inter t, & d, Symbolismus, v. g. Thunherr & Dummerherz; quæ nominaadi ratio hac ex parte minus incongrua videtur, cum Iesu nomen præcipue oppugnet quippe quod officium salvandi homines à suis peccatis indigit, juxta Matth. I, 21. In germania inferiori dicitur Jesuwitt/ quasi weist von Iesu/ sunt enim à Iesu omnino longissime & homines abducunt à Sospitatore Optimo; Alii sic eloqui amant : *Jesuvita*, quod idem sit ac *Iesum vita* cum hoc

Sit ipsis Symbolum proprium, regula & summa professionis ac vita: *Iesum vita*; Illustrant id exemplis Imperatorum Romanorum, qui hinc inde cognominati sunt Germanici, Asiatici, non quod amici essent & socii hujusmodi Nationum, sed quod eisdem omnibus modis prosecuti sint; sic putant dictos esse Jesuitas quasi professos & juratos Iesu hostes prosequentes eundem in membris suis. Patebit inferius in ipsorum doctrinis satis superque, nec ullum in his praedicatis factam esse ipsis injuriam, quia alias nomina interdum sunt fatalia, ut cecinit ille Poëta:

*Conveniunt fatis nomina sepe suis.*

Ita Jesuitas ipsa appellatione præ se ferre characterem bestiæ apocalypcos, confirmat Wolffius l.c. *Vocatur homo ille peccati & crucifixus, à Johanne Anti-Christus, sicut igitur germanice ad verbum dicitur: Gottes wider und Christo wider/ ita hoc Selta. (Jesuitarum) vocatur Jesuwider.* Hoornbeckius certe ex vere auguratur c.l. p. 24. de nomine JESUITA, per acrostichon: *Is Est Signum Ultimi Judicii Tuba Antichristi.* Hospinianus lib. *supra cit. de Origine Jesuitarum c. 2. p. 13.* dicit: *Esse Grammaticos, qui per usitatas in Scholis, figuræ πέρισσος θεων scil. & ἀπόλυτον etymologiam querant & disputant primam syllabam: superflue additam fuisse: Verum autem nomen sine figura esse *Suitas*, quos Horatius nomineret *Epicuri de grege porcos*, quo forsitan respexit Autor anonymous Novellarum, quibus titulus: *Novellen aus der gelehrtten und curiosen Welt/ cuius verba Mensa Septembri 1692. p. m. 859.* addere hic mihi licet: *Es hate ein listiger Kopff von ihrer Societät also critisiret: Sie nennen sich von der Gesellschaft Jesu; Nun wären sonderlich zwey Gesellschaften des Herrn Jesu in der Schrift berühmt: die erste bey seiner Geburtz und das wären Ochsen und Esel gewesen/ die andere Gesellschaft bey seinem Leyden waren Schelme und Diebe gewesen/ zu welcher dann nun die Herren Jesuiten zu rechnen wären? Zu beyden/ antwortet N. denn ihre Büberey genugsam erwiesen worden/ so gibt es auch Ochsen und Esel gnug und zwar die meisten unter ihnen / wo nicht alle / wenn ich solche Thiere im Schrift-Verstande nehme/ und auf Glaubens-Sachen applicere/ denn da der Heyland El. 1. 3. flagte: Ein Ochse kennet seinen Herren/ und ein Esel die Krippe seines Herrn; Aber mein Bock will**

will mich nicht kennen ; so weiß ich nicht auf wem dieser Spruch mehr als auf diejenigen zu deuten sey / die sich von dem Heyerde nennen/ und Ihm in allen zu wider leben / und seine Lehre nicht kennen wollen.

§. V. Est itaque titulus uterque tum *Jesuita*, tum *Jesuitissa* nomen satis affectatum, sibi enim persuadebant se nomen, doctrinam & honorem præ ceteris Pontificiorum religiosis omnibus propagare magis & adhac propagare, ideo jure quasi videri volebant nomen affectando super omne nomen, in quo omne genu se flectat cœlestium, terrestrium & inferorum. Phil. II, 10. Videmus exinde affectus tantorum virorum in titulo affectato. Quodsi Jesu Ministri esse voluerint, tunc se ita humiliare necessum habuissent, ut non alio ac servorum titulo fuisse contenti, id satis judicavit Academia Parisiensis, novam enim hanc societatem admisit quidem sed sub hac lege approbavit, ut aliud assumeret nomen, vid. Thuanus lib. 37. p. 692. mirum satis est, ut totum *Iesu* nomen affectatum non servarint ac *Jesus* se nominarint ; Ohumiles Christi servi servæque, superbientes summi ipsius Principis titulo ! nonne sufficeret , ut nominarentur Christiani ?unctionis enim in baptismo particeps & ipsi facti sunt, nomenque Jesu Salvatori optimo proprium relinquenter, usque dum in vita altera, qui ex ipsorum ordine hanc introirent, titulo *Jesuite* exornarentur ; Ita Ludolphus Carthusianus in libello de vita Christi ante 300, & quod excurrit, annos scriptis : *Christus est nomen gratie*, *Jesus est nomen glorie, honoris & sanctitatis* ; *Sicut enim in hac vita per gratiam baptismi Christi dicimur Christiani*, sic in cœlesti gloria in Domino *Iesu dicemur Jesuite*, id est, à Salvatore salvati ; *sancti*, qui in celo sunt & fruuntur eterna gloria, veri sunt *Jesuite*, triumphantes & sancti servi DEI. vid. Lucius H. S. Jesuit. L. I. c. 2 p. 11. Ast quodsi insolitam ac superbam appellationem è Societate Jesu ex sacris literis affectarent, concedere ipsis certo modo possemus, reperimus in iisdem quendam hoc nomen gesisse, sed non alium præter Judam Ischariotem, juxta Matth. XXVI, 15. & cum Deus ita permisit, merito ex *Jesu nomine* societati huic nomen fuit impositum, agnoscendus itaque ipsis antecessor Judas est, venerabile scil. caput ! cor. f. Philadelphi di novo Lacu Epistola & discursus de modernis Jesuitarum moribus p. 24.

¶ VI. *Jesuita*, ut & *Jesuitissa* est nomen ambitiosum, quid enim Dn. Patres aliud hoc nomine quesivere ac summam ambitionem? qua etiam ratione Stephanus *Pafasius* sociatem Jesu appellavit *ambitiosam fucatque Religionis plenam*, cum pro Academia parisensi contra Jesuitas differuit inque hoc ambitiosum plane nomen investitus est valde, quod cum Sectarii alii ante 200. annos usurparunt, ab Ecclesia rejecti perirent. vid. Thuanus Lib. 37. pag. 693. quinimo hi non tantum, sed & aliorum Pontificiorum nonnulli *Jesuita* & titulum tanquam ambitionis & arrogantis plenum rejecerunt, ut testem hujus rei *Eustathium Bellajum*, Episcopum Parisensem in sua censura de Jesuitis, quam dedit Anno 1554. nomine totius Collegii Theologorum Sorbonnensis, citavit Magnif. Dn. D. Mayerus loco Coroll. primo in *Dissert. de conventu Apostolorum ad mortem Mariæ hab. hic Lipsia Anno 1671.* cuius Episcopi de ambitioso nomine sententiam ulterius deducit Thuanus lib. cit. p. 692. sententia ipsius, inquit, *quam scriptis mandavit, imprimis Jesuitarum nomen ut arrogante plenius improbat, quippe cum ita solis sibi tribuant, quod Ecclesie Catholice competat, que proprie fidelium Congregatio dici potest, cuius caput est Christus, cum hoc nomen solis sibi sumunt & hoc dicere videntur: se solos Ecclesiam constitvere.* Quam sententiam Episcopus nominatus in Synodo gallicana, habita d. 15. Decembris Anno 1561. jussu ac mandato Regis Possiacum manu scriptum misit, quæ à toto conventu Ecclesiastico maximopere fuit approbata. vid. *Der Jesuiten Christenthum und Lebens Wandel* p. 106. & Lucii Hift. *Jesuit. L. I. c. 3. p. 11.* Dicitur quidem in Pauli III. Pontificis Bulla tertia Anno 1549. promulgata, *nullum è societate ad ullam dignitatem admitti debere, si eam occulta aut manifesta ambitione quiescisse convincatur, vide Literas Apostolicas pro confirmatione societas Jesu Romæ Anno 1578. editas p. 30.* (quem libellum à Cesare Lucatello, Cancellario tunc temporis Romano in originali propria manu subscriptum & sigillo suo approbatum nobis communicavit unus è paucis Amicorum certissimus.) De muneribus & aliis eorum gestis nunc nihil hic referemus; Ita de bellis injustis ac cruentis, quæ Jesitarum ambitio in omnibus fermè terra partibus concitat, non moneamus, tantum de nomine ambitioso sumus solliciti, unde judicari potest, quò modo quāque ambitione officia publica querant & conse-

consequuntur. Sic etiam non ignotum est, quod cæteros Religiosos  
habeant despectui solique honoribus excrescere ambiunt; Inimici  
sunt cæterorum Ordinum omnium, imo hostes ac Osores, qui cos-  
dem variis convitiis ac scommatibus affligunt aliosque nominare  
non erubescunt, vid. *Philadelphia de novo Lacu Epist. & Disc. supra*  
*cit. p. 7. & 8.* ubi refertur Ignatius S. Franciscum Borgiam, adhuc  
novitatem severè monuisse, ut de jejuniis & nimis verberationibus  
aliquid remitteret, hanc addendo rationem: *Illiud Animal, super*  
*quod Christus sedere debeat, non esse per istiusmodi durissimas corporis*  
*caſtigationes occidendum.* Jam autem Christus super asinum sedisse  
legitur *Matth. 21. 5-7.* ideoque Ignatium ex pura humilitate socios  
suos comparare asinis pie voluisse patet, citatur insimil vita *S. Fran-*  
*cisci Borgiae ex Ital. lingua in german. translatâ.*

§. VII. *Jesuita & Jesuitissa* existunt quidem ut nomina  
satis speciosa, videntur enim Dn. Fratres & Sorores ex peculiari quâ-  
dam sanctitate asumisse, nilque nisi Iesu acceptissima proferre inque  
vita sua dulcissimum Iesu nomen cum primis profiteri velle; sed do-  
ctrinae & facta aliud loquuntur, de quibus videri possunt *acta Parla-*  
*menti Paris. contra Jesuit.* cit. à Jo. Wolffg. Jägero *Histor. Ecclesiæ de-*  
*cennio II. c. 4. p. 25.* adeoque effatum illuftris gentium Doctoris ipse  
applicari congrue potest, quod scil. *pietatis formam habeant sed ipsius*  
*vim abnegent;* 2. *Tim. III. 8.*

§. VIII. *Jesuita & Jesuitissa* sunt nomina famosa non in bo-  
na, sed ut Ciceroni ac veterioribus usitatum fuit, in mala parte acce-  
pta, quemadmodum dicitur libellus famosus, ita & nomen famosum.  
Quo enim astimio habetur Jesuita in ipsis regionibus romano-catho-  
licis v. g. in Gallia, ubi multoties nomen Jesuiticam damnatum fuit  
atque extincum, de quo pluribes videre est Alphonsus de Vargas in  
*Relat. de Stratagematis Jesuitarum p. 146.* Quid quæsto hinc inde in  
Italia, sede romano-catholica de ipsis judicatur? Apud Venetos pra-  
primis nomen hoc celebratur parum, imo ipsis inhabitantes extenua-  
re se tenentur, ni suam societatem è Venetorum ditionibus iterum  
iterumque extirpatam velint videre, ut Anno 1606. ipsis evenit cum  
epiphonemate: *Itie, auferentib[us] & nunquam redite.* Quid quæsto  
de ipsis Poloni sentiunt? in quorum regionibus nemo ex societate Je-  
su exceptis paucis, toleratur. v. *Querelas Polonorum de Jesuita in*  
*Lucii Historia Jesuita. passim.*

§. IX.

§. IX. Sunt *Jesuitissa* ut & *Jesuita* nomina omnino Schismatica, quemadmodum enim Deus veram Unitatem & concordiam Ecclesiae suae maximopere commendavit, ita quoque ipsius consilio ac voluntate factum est, ut unico nomine *Christiani* vocaremur omnes ac singuli, quo Apostoli Antiochiae primum cognominati sunt *Act. 11. 26.* ideoque etiam haec appellatio velut vinculum quoddam est ac sacramentum unitatis illius, quo Religionis Christianae professio ob signata est, qui vero sibi aliam asciscit appellationem, is omnino unitatis vinculum veraque fidei tessera dissolvit *juxta dictum Pauli, 1. Cor. I. 12. 13. conf. Lucius lib. I. Hisp. Jes. c. 2. p. 10.* *Jesuitas* autem & *Jesuitissas* tales nunc esse patet, non enim tantum nomine hoc alieno praeterea Religiosis superbiunt, sed maximopere abs iisdem differunt, imo rixantur plus vice simplici inter se invicem, isti enim hos, hique vero istos odio prosequuntur inextinguibili, sunt haec omnino signa schismatis non exigui. Ita quoque ex recens fabricata hac appellatione toti sectae schismatis nota manifester innuit, adeo & hoc pacto criminis rei sunt socii, vid. *Hofpinian. lib. de Orig. Jesuit. p. 15.* Quapropter etiam ipsis titulum *Jesuita* seu e' societate *Iesu* in Gallia Anno 1564. assumere prohibitum fuit, quo tamen non obstante nomen illicitum, & schismaticum usurpare ac se insuper omni potestati tam seculari quam ecclesiasticae eximere voluerunt, vid. cit. Autor. *lib. de propag. Jesuit. p. 160.* namque nil aliud hoc nomine intendant, nisi ut inter ejusdem religionis suae Professores forment scissuram & *Jesuitae* alii sint, alii *Christiani*, certius certo est.

§. X. Sunt denique nomina omnino blasphemata & injuriosata, certe enim, quisquis etiam bonorum sit, non ibit inficias, istos, qui se *Jesuitas* aut e' societate *Iesu*, aut *Jesuitissas* appellant, hisce titulis blasphemare uti contra Dominum Jesum, hanc enim involvit apud omnes opinionem, ac si Jesus eodem ceu socios & Collegas sibi asciveriset, ut *Annib. Cadretum, S. I. jactasse §. 1. statim citavimus.* Quos tamen non vult Dominus sibi Collegas, sed potius malevolos istos inter ceterum eorum mavult relatos quibus olim est confessurus *διδόνοτε ἔγρων υμᾶς αποχωρήσας απ' ἡμῖς οἱ ἐγγαζόουσι τὴν ἀνοίκαν.* *Matth. VII, 23.* Bene Eruditus ille nomen Jesus sanctissimum a Porta monasterii Jesuitarum Clarmontii Parisiensis abstulit ejusque loco Regis

Regis Insignia una cum duobus distichis veritati consentaneis apposuit, ut Mercure historique & Politique Mois de Novembre 1699, p. 482. recenset. Le P. Menestrier arriva, lorsque les Jésuites firent ôter le nom de Jesus de dessus la grande porte de leur Collège de Clermont à Paris, pour y mettre les armes du Roi tres-chrétien, ce qui donna lieu a un homme d' esprit d' y faire attacher de nuit ce distique :

*Sustulit hinc IESU, posuitque Insignia Regis  
Perfida gens : alium non colit illa DEUM.*

Il est vrai que ce Distique fut contredit, que les Jésuites n'avoient pas abandonné le Sauveur, mais que le Sauveur les avoit abandonnez,

*Sumserat hos IESUS sibi dulcis; cumque docerent  
Dogmata non IESU digna, reliquit eos.*

Ita injurii fiunt in alios veros ac genuinos Christianos, hos enim considerant eum excludendos tandem regno gloriae, sibi autem solis beatam aeternitatem in Iesu esse perfruendum. vid. Lucius Hist. Ies. Lib. I. c. 3. p. 11.

§. XL. Quis vero Autor totius sectae Jesuitica? Quamvis Jesuitarum fundatricem tantum inducere hic malimus, non possimus tamen Ducem & Autorem totius ordinis siccō praterire pede, licet expediendum hic nobis sit brevibus. Est videlicet Eruditissimus iste Ignatius Loyola, Cantaber Hispanus. Salamanca, Jesuita Neapolitanus confessus est de ipso : *Loyolam natura fuisse ferocem, durum ac truculentum, adeoque militiae aptus non parum visus est;* at in epigrafe effigiei sua inciso dicitur : *Miles vanis factatus in armis.* vid. Hasenmüllerus Hist. Ord. Jesuit. à Leporino in lingua german. transl. c. 1. p. 4. Et ita militem non infimum agebat quidem, at infelicem maximè unā arcem prope Pampelonam in Navarra hispanica, adeo ut crus dextrum ipsi frangeretur iactu bombardæ. Loquitur Thuanus de membrorum mutilatione Lib. 37. p. 691, ubi forsitan singularem ejusmodi vult intelligi, quæ inire matrimonium interdicat, judicamus forte ex eo, quod restitus quidem claudicans tamen se in aulam gallicam recipere, ibidemque forte ludibrio sa- pius risuque expositus è tædio vexationum sermonumq; jocosorum vitam aulicam mutare cum religiosa penes se constituit. Primum qui-

dem contulit sese Venetias ad exsolendum votum quoddam, deinceps Hierosolymam ex singulari devotione annos natum sex & virginiti omnia relinquendo esse profectum, confirmat *Dottissimus Alexander Roffeus lib. de ganzen Welt Religionen p. 411.* negat id autem Thuanus lib. & p. cit. *Loyola*, inquit, *inde mox Venetias ad exsolendum votum profectus est, ibique primum sacris initiatu litteris, collectis buc illuc dispersis sociis, omisso hierosolymam proficisciendi consilio Romam cum Fabro & Laine petiit, cui etiam magis esse consentiendum putamus.* Deinde literis incubuit Compluti & Salamanca, sensimque ausus est mortificationem carnis tum doctrina tum vestitu suo concionari, licet nec ipse idoneus nec vocatus esset ad concionandi munus, & ex hac ratione Inquisidores Hispanici ab eo expicabantur; Cum autem zelum pro fide Romano-catholica in ipso cognoscerent, dimisssus iterum ab eis petiit Lutetias Parisiorum, ubi per decem annos docuit in summa paupertate corporisque debilitate, tandem creatus est Philosophiae Magister ibidem conf. cit. *Roffeus pag cit.* laudatur exinde Ignatius ob suam constantiam virtutemque heroicam, quam in adversis praefliterit, abs Philip. Algeambe: *Ignatius*, inquit, *adversus graves multorum oppugnationes invictus semper stetit, semperque stabit auctoritate sancte sedis Apostolicae atque approbatione munitus vid. ipsius Bibliotheca scriptorum societatis Jesu p. 1.* Profectus est tandem Anno 1536. Hispaniam cum decem suis collegis & abhinc iterum Romanam petiit veniam abs Pontifice; Cum autem compertus est pacem inter Venetos & Turcam esse fractam, profectus est iterum Venetias, ubi egit Chirurgum vulneraque Pauperum & ulcerata cataplasmatibus in nosotochiis sanavit, cumq; Collegis omnem adhibuit operam & sollicitudinem in ægrorum morbis curandis, vulneribus obligandis, molestaque gravi ac putida sanie abstergenda, conf. *Wolfius Leff. memor. tom. II. Centen. 16. p. 494.* Reversus iterum cum confortibus Romanis, ubi omnes ac singuli Religiosorum ac Clericorum infensis atque iratis animis iverunt in ipsum, præser-tim *Bartholomaeus Guidicetus, Cardinalis*, qui novis Religionibus non adeo amicus erat, conf. Thuan. *Lib. 37. p. 691.* Crescebat tamen indies magis magisque societas & confirmabat eandem *Paulus III. Pontif. Rom. approbabant denique ejus Successores Julius III. Paulus IV. Pius IV.* tandem *Concilium Tridentinum*, Et sic Vir magnus evasit Ignat-

Ignatius, miles Hispanus, Theologus Romanus, Chirurgus Venetus,  
 Autor tandem & Dux Jesuitarum maximus! Applicare dictum quod-  
 dam è sacris literis petitum Viro huic magni scil. nominis conati sunt  
 nonnulli ex societate heroës, Valderana imprimi atque Deza, ubi  
 iste statim in frontispicio Epistole ad Hebreos Ignatii sui mentionem  
 vult esse factam, nempe c. 1. v. 12. Deus novissimi hisce temporibus  
 loquutus est per filium suum Ignatium, quem constituit heredem omnium  
 vide Hoornbeekii Exam. Bullæ p. m. 44. ubi judicium suum dictus  
 Autor adponit: Nihil deesse ad laudis istius fastigium præter ultima  
 verba v. 2. per quem & secula fecit. Sed spuriæ & blasphemam scri-  
 pturæ S. Explicationem esse qualem & in aliis S. Scripturæ dictis ad-  
 hiberet Dn. Patres dignantur, quis negabit? Ita ex ore Patrum ho-  
 rum patet, Ignatium fuisse virum admodum virtuosum; Quodsi ve-  
 ro quæramus, ex qua virtute omnia præstiterit, an ex Deo? ex carnis?  
 an ex alterius Spiritus? Hic respondeat Ant. Arnaldus ICtus Gall:  
 ita enim de societate tota recens procreta judicat: Ignatium auxilio  
 maligni spiritus incubauitque exclusissè maledictam istam conjurationem  
 Jesuitarum vid. in Philippica sua p. 24. quinimo contestantur ipsi è so-  
 cietate nonnulli, rem cum Ignatio se ita habuisse; Audiatur præ ce-  
 teris Ribadeneira fidus Ignatius Discipulus in vita Ipsius Loyola L. i. c. 13.  
*Loyola* frequentes, vehementes & calofæcæ illustrationes speciosæ que  
 mentis Imagines à Diabolo habuimus cf. & Laurentius Surius deprobaria  
*sanctorum vitæ* in Julio p. 383. Edit. Coloni. An. 1618. Volunt quidem  
 ipsum etiam placide defunctum, sed alium cantavit de ipso canticum  
 Turrianus, de quo refert Hasenmüllerus: Turrianus Iesuita mibi no-  
 tissimus sæpe dixit: Illum (Ignatium) in cena, præudio, missa, in  
 recreationibus etiam ita à demonibus exagitatum fuisse, ut in magna  
 copia frigidissimum mortis sudorem fuderit: Bobadilla dixit: illum  
 sepius conquestum se nunquam & nullibi à Demonibus tutum esse posse.  
 Idem Turrianus dixit: Ipsi Comitem affiduum usque admisse aram  
 fuisse dæmonem. Tandem vero cum tremore ipsum obiisse, mortuumq[ue]  
 nigerrimo vultu confectum esse. Idem affirmavit. Cum Anno 1554.  
 ipsius corpus ad templum ab Alexandro Earnesto extralatum transferre  
 vellet, restibus omnibus Iesuitarum professis, ipsius Cadaveris ossa non  
 sunt inventa: singulis ipsis, ea esse per Angelos forsitan translata,  
 quod ego non negaverim, si angelos malos intelligent. vid. Wolffius Lett.

*memor. que ibidem ex Hasenmüller's historia Ord. Ies. recenset Cen-  
ten. 16. p. 1075.*

S. XII. Quemadmodum vero sexus sequior in multis affe-  
ctat nimium, ita profecto in his rebus, que ad sexum masculinum  
spectant cumpromis, quin si novi quid accidit forsitan inter Eruditos,  
hac illave æmulari statim cupit. Hodie quidem apud nostrates ad-  
strictæ sunt, ut in ecclesiasticis rebus tentare quid vix ac ne vix qui-  
dem possint; Ast non ita apud Pontificios, dantur enim inter eos  
religiosarum foeminarum ordines perplures, quibus licitam est cul-  
tui inservire divino, sic etiam *Elisabetha Rosella*, religiosa mulier ejus  
fuit intentionis maximopere, ut imitaretur Ignatiuum suum; nam  
haec in genere *Iesuítarum* Fundatrix creditur abs omnibus, Thuanio  
lib. 37. p. 691. Hoornbeckio Exam. Bulle p. m. 32. Matthia Zimmer-  
manno in commentario de Presbyteriss V. Ecclesiae §. 59. pag. 93.  
Hæc initio fovit studia Ignatii Barcinone, deinceps cum certior facta  
esset de ordinis Ignatianî confirmatione & simul absque dubio audi-  
visset de paterno affectu, quo profœquebatur Pontifex *Paulus III.*  
*Ignatium*, cum ipse & Collegæ sui in bulla dicerentur: *Spiritu S. ut  
pie creditur, afflati*; vid. *Lit. Apostol.* supra cit. p. 2. Hoornbeck.  
*Exam. Bulle* p. 19, sine dubio & ipsi *Roselle* increvit tumor, *Spiritu-*  
*que S. afflatam se etiam voluit, cum in schola ad Ignatiū pedes sede-*  
*rit. Profecta itaque est Romam cum aliquot sui generis mulierculis*  
*fortassis circa annum 1540.* quo *Ignatius* suam acceptatam confir-  
mationem, aut sequenti tamen anno post, veniebat ad normam &  
præscriptum fodalitatis nunc approbatæ victura; At *Ignatius* suam  
erga discipulam benignutæ adeo se non exhibuit; Evidem *Rosella*  
totam se *Ignatio* dedere nec non concedere juxtaque ipsius Constitu-  
tiones ac regulas religiose cum suis vivere studuit, adeo ne alium  
Ducem vellet agnoscere quam *Ignatium*, sed hic erat admodum in-  
gratus in *Rosellam*, id enim detrectavit, vid. Thuanus l. cit. p. cit.  
*Ignatius*, inquit, curam se foeminarum suscipere negavit, posse, & tan-  
dem à Pontifice impetravit, ut societati, que se ad omnium genium  
beneficium sine ulla regionum aut temporum exceptione Vicario Christi  
mancipasset, ab ejusmodi munere vacatio daretur, ita in speciem omni-  
ambitionis & divitiarum suspicione à novo Ordine amota. Erat etiam  
Cura mulierum Jesuítarum constitutionibus ac Regulis expresse con-  
traria,

traria, adeo Ignatius sine dubio verebatur, si statim sub initium confirmationis exceptionem de admittendis mulieribus annexere suis regulis vellet, ne tota societatis caterva caderet inque nihilum reduceretur, ideoque persistebat juxta Regulae tenorem, *de cura mulierum cap. 7. de Rectore*, quæ Jesuitarum regula Lugduni conjunctum typis impressæ Anno 1607. vid. qua<sup>e</sup> huc facit, Reg. 68. p. 102. Non permittat, ut nostri curam mulierum religiosarum suscipiant, & aliarum quarumq; ut ordinarii illarum confessiones audiant, vel ipsas regant, quamvis nihil repugnet aliquando apud eas concionari, semel aut unius monasterii confessiones speciales ob causas audire; quod tamen non sicut nisi postulent*ii*, qui eis presenti. it. Reg. 70. p. 103. Mulieres invisiere, aut ad eas scribere, nisi in necessitate, aut cum sibi magni frumenti, nosnos non sinat, nec hoc quidem permittat, nisi viris valde probatis & prudentibus. Reg. 71. pag. ead. Non permittat feminas collegium nostrum ingredi.

§. XIII. Quodsi autem hic muliebris ordo abs Ignatio fuisset receptus, queritur, an Jesuitissæ fuissent idoneæ ad id vivendi genus, quod Jesuitæ vivunt? respondetur quod non! Nam si sancti Patres regulas suas ac leges conditas servare non possunt, multo minus sanctæ matres, quæ cum toto sexu sequiori ad *vasa infirmiora* pertinenter i. Pet. III, 7. videatur saltem, quid Paulus III. in Bulla *Jesuitica* abs Candidato ordinis hujus requirat, vid. *Lit. Apost. supra cit. 5.* quod & Julius III. in Bulla *Jesuit.* I. lib. cit. p. 56. non leviter repeatat: *Qui ad nos accessuri sunt, antequam huic Onori humerum supponant, diu multumq; meditentur, an tamum pecunia spiritualis in bonis habent, ut turrim hanc juxta consilium Dominicum possint consummare,* hoc est, an Spiritus S. qui illos impellit, tantum illa gratiæ pollicetur, ut hujus vocationis pondus, illo adjuvante, se laturos sperent: & postquam Domino inspirante, huic Iesu Christi militie nomen dederint, diu noctuq; sucineti lumbos & ad tam grandis debiti solutionem prompti esse debebunt. Multum sane his continetur verbis, quod præstare difficultas Patribus difficultimum est, adeoque etiam matribus. Expendamus modo votum castitatis, cui Jesuitissæ se etiam adstrinxerunt; an existunt idoneæ, votum istud, ut decet, justè persolvere? audiamus saltem *Hospesianum*, qui citat Plinium de sceminiis differentem: *Quod copia libidinis gaudent, applicat monachis virginibus, sic de monialibus*

bus certum est, paucas esse qua continentiam praestent, sed plerasque in cœno nefandissimarum libidinum sese subinde volvare. lib. I. de Orig. Monachatus c. 1. p. 6. & quamvis pollicentur se futuras admodum castas, tamen bene servandum, quid Virgilius Lib. 4. Aeneid. objicit:

- - Varium & mutabile semper

*Fœmina.*

§. XIV. Quod cæteras concernit virtutes, quæ abs Jesuitis requisitæ essent, prima omnino fuerit literarum notitia seu Eruditio qualisunque, quodsi enim Jesuitarum vestigiis inhærente volvissent, muneri docendi sine dubio sese applicassent; Evidem impossibile neutquam est, ut etiam fœmina queant erudiri, rationes congescit non unas literatissima Virgo Anna Maria à Schuerman quas opusculis suis inseruit p. 29. seq. Date quoque alias sunt fœmina perlpures eruditæ, quarum exempla videre sunt plurima in Hottingeri Epistola dedicatoria Parti V. Historia Ecclesiæ prefixa, ubi imprimis Fabiola, romana mulier memoratur, quod sacras literas impensè amaverit, it, Marcella Romana, quæ propter sacras literas, quas egregie calluit, frequentius à D. Hieronymo epistolis salutata sit, it. Anna Askewe, quæ vitam non modo seriae & sedulæ sacrarum literarum tractationi impenderit, sed eandem quoque constantissimo martyrio annos 25. natæ generose consummaverit. Plura inveniuntur in Dissert. de fœminarum Eruditione, quam habuit B. Dn. Jacobus Thomasius Anno 1671.

§. XV. Et si quispiam docendi munus dubium reddere Jesuitis voluisse, provocare omnino potuissent ad Exempla primitiva Ecclesiæ, recenset talia Zimmermannus l. cit. passim, Centuriæ itidem Magdeburgenses; Quinimo Diaconis olim legere Homiliam consueville inter mulieres in Ecclesia, Zimmerm. lib. cit. § 9. c. 14. qui citat Jacobum Fabrum Stapulensem, ad Loc. I. Tim. II, 10. commendamentem: *Anus bona sint Magistre, doctrina & domi & foris operet curam habere.* ita mulieribus docere olim fuisse licitum, comprobat Thomas d' Aquino Comment. in 1. Tim 3. leß. 2. p. 199. & Ambrosius in eundem locum p. 403. qui de *Cataphrygis* perhibent, putasse, quod mulieres seu Diaconas ordinari possent, quoniam Apostolus l.c. immediate post Diaconos de mulieribus ageret. Sic Jesuitis etiam exempla mulierum prophetantium V. & prædicantium N. T. pro se allegare potuissent, Priorum quidem, e.g. Mirjam Num. XII, 2.

Debo-

Debora *Jud. V. 1.* 2. 7. Huldæ 2. *Reg. XX.* 14. quæ in Ecclesia olim  
 publice docuerunt, quin expresse Deus dicit *Mich. VI.* 14. Ante fa-  
 ciem Populi Israëlitici misisse Mosem, Aaronem & Mirjam. Poste-  
 riorum exempla sunt Anna Phanuelis Filiæ. *Luc. II.* 36. Philippi E-  
 vangelistæ quatuor filiarum *Act. XXI.* 9. Et cum ad divam Mariam  
 Virginem respexerint, quæ Ipsi exemplum fuit sine exemplo in sua  
 opinione præconcepta firmiores redditæ sunt, fingunt enim Jesuitæ,  
 hanc fuisse doctrinem omnium Ecclesiæ, etiam Apostolorum vid.  
*Franc. Suarez. Scđ. 2. Disput. 20. Quæst. 37. p. 3.* & quid de Maria  
 Magdalena meminit Cornelius à Lapide, ipsum eum Apostolam Ma-  
 galiensibus predicasse, eodem convertisse. vid. *Comment. in Act. I. 14.*  
*II. 4. p. 77.* De Diaconissis confer. In Sacris imprimis, *Rom. XVI. 1.*  
 ubi Paulus commendat Phæben, quæ sit Ministra Ecclesiæ Cenobren-  
 sis, ad quem locum Origenes LX. p. 337. notat: *Hic locus apostolica*  
*Autoritate docet, etiam fœminas in ministerio Ecclesiæ constitui,* & paulo  
 post: *Et ideo locus hic duo pariter docet & haberi, uti diximus fœmi-*  
*nas ministras in Ecclesiæ & tales debere assūti in ministerium, quæ affi-*  
*serint multis & per bona officia usque ad apostolicam laudem meruerint*  
*pervenire.* Ulterius testimonium perhibet Concilium Laodic. *Can. II.*  
 p. 88. Non debere eas, quæ dicuntr apud Græcos Presbyteræ, aut  
 apud nos vidua Seniores (πρεσβύτεροι) vel presidentes in Ecclesiæ  
 ianquam ordinatas confirari, ubi notandum est ex voce presidentes  
 (προναούσιαις) eas certam sedem in Ecclesiæ habuisse, Concilium  
 itidem chalcedonense *Can. I. 4. p. 169.* expresse dicit: *Diaconissam*  
*mulierem non debere ante quadragesimum annum ordinari & id cum*  
*diligenti probatione. conf. Voëtius Polit. Eccles. Part. I. L. 1. c. 2. p. 32.*  
 & *Part. II. L. 2. tr. 4. c. 1. de Diaconiss. p. 509.* Sane primæ etiam  
 non erant Jesuitæ, quæ de tali religiōnarum ordine cogitarunt, flo-  
 ruit ante ipsas talis in gallia præcipue Anno 1523. cuius mulierculæ  
 vocata sunt Bagvina, de quarum fundatrice lectiones quidem va-  
 riant, vid. Hoornbeekius *Exam. Bulle* p. 13. & 14. it. Centuriatores  
 Magdeb. *Cent. 13. c. 5.* de heresibus p. 564. & c. 6. de Ceremoniis p. 653.  
 seq. Alex. Rossius in Religionen der ganzen Welt 1 p. 286. desit  
 denique Ordo hic inque earum locum successerunt Sorores tertii Or-  
 dinis S. Francisci, quibus quoque ipsarum ædes & collegia traditæ  
 sunt, vid. Zimmermann. *de Presbyteriss. §. 57. p. 92.* Omnia nunc  
 prolatæ

prolata *Jesuitissas* ad continuandum religiosum institutum incitare potuerunt.

§. XVI. Quoad Eruditionem, quam & *Jesuitissas* potuissent haurire, res omnino bene se habet, non invinda sunt, quibus mulierum Deus haec otia fecit, sed laudanda potius, commendanda & approbanda, & consentiendum omnino censemus Erycio Putcano, Belgæ, in Epist. 94. Artic. centen. 2. Epist. 97. ad Petrum Cantonum, I<sup>ctum</sup>, p. 216. *Jus*, inquiens, fasque esse in Rempublicam literariam forminas adscribi, optimarum artium cultu exerceri, & à fama eternitate que non secerni, imo multis vanis & peccaminosis curis abstrahuntur puellæ per studia. Putasse etiam refertur Coelius secundus Curio de liberis pie educandis p. 61. Puellas à literis & doctrinis non arcendas esse, quia plerumque magis habiles ad eas sequendas, quam mares sint, sed hanc esse phrasin hyperbolicam confirmat B. Dn. Thomasius in cit. *Diss. de Feminarum Eruditione* §. 20. Sit interim, quicquid sit, dari foeminas eruditas concedimus, sed quod sexus hic in Ecclesia publice docere unquam potuisset, exinde consequi non videmus, natura enim eas plane non destinavit muneribus docendi, sunt naturâ inhabiles ad prædicandi munus. Sic quoque ad exempla Vt. Test. provocare vix licet, fuerunt extraordinaria, usus etiam est Deus imediatae vocatione, at hodie valet mediata, qua mulieres nec possunt nec debent vocari, prævalet effatum illud Paulinum: *Taceant mulieres vestrae in ecclesiis*, 1. Cor. 14, 34. cui respondet locus paral. *Mulieri docere non permitto*, 1. Tim. 2, 12. quæ verba etiam dictis Patrum & conciliorum omnium anteponenda esse satius existimamus.

§. XVII. Objicere quis posset: *mulieres viris esse religiosiores*, adeoque ex hac ratione *Jesuitissas* institutum inchoare suum potuissent; conatur prius probare Voëtius *Pol. Eccl. Part. II. lib. 1. Tract. 4. de mulieribus c. 2. quest. 2. p. 206.* ubi insimul ad experientiam provocat, plerasque in Belgio Ecclesiæ plura ex foemineo sexu habere membra quam ex virili, plures etiam & priores zelum pro Orthodoxia & pietate difficultibus temporibus ostendisse, addit & illud Tertulliani: *Simplices, ne dixerim imprudentes & Idiota, major semper credentium pars est*: lib. de Trinitate adversus Præream c. 3. p. 495.

§. XIX. Quid si vel maxime concedere possemus, quod simplicissima pietas in mulieribus optima esset, sunt tamen ad super-

*ficiō*

flitionem etiam propensiores, id Apostolus affirmat & docet: *Vitare aniles fabulas*, 1. Tom. 4. 4. legi iterum potest Voëtius lib. cit. quest. 3. p. 207, 208. Qui probat singula quoad magiam divinatricem cum primis, dicitque ex historiis gentilium constare, diabolum per mulieres Pyhonissas, fatidicas Sybillas longe frequentius promovisse quam per viros. Possunt etiam è sacris literis adduci exempla v. g. Pythonia in Endor 2. Sam. 28. 7. puella ista fatidica Att. 16, 16. Dantur etiam exempla mulierum, quæ propensiores in heresies fuere v. g. mulieres religiosæ dictæ Att. 13, 50. mulierculæ captivitatis 2. Tim. 3. 6. 7. Iesab. Apoc. 2, 20. Sic etiam reperimus Helenam Simonis Magi in hunc numerum esse referendam. vid. Euseb. l. 2. c. 13. p. 50. it. Marcellinam, Carpocratis & Gnosticorum scismaticem, vid. Epiphanius Tom. II. L. i. Hæresi 27. §. 6. p. 107. conf. Magnif. Dn. D. Itigium, Patronum & Præceptorem nostrum quovis observantiae cultu deveinerandum, *Dissert. de Hæresiarchis Sect.* 2. c. 3. §. 6. p. 112. Septingentas Virgines ab Ario seductas heresies ejusdem promoventes exinde Ariomanitas vocatas Epiph. c. i. heresi 69. §. 3. p. 729. Et quæ datæ sunt Pseudo-Prophetissæ post Apostolorum tempora in Ecclesia Christi, quales Mechtildis, Brigitta, Catharina Senensis, de quibus legi meretur Voëtius Part. II. *Diss. select. tit. de Prophetia* p. 1063.

§. XIX. Quodsi Dn. Patres Jesuitæ exempla ista illustriora Mariae Divæ Matris & Mariæ Magdalænae supra §. 15. allegata opponant, de quibus maximopere dubitamus eas fuisse Doctrices, nullibi enim in sacris literis invenimus, quod Christus supremus Episcopus Matri sua altetique Marie facultatem publicè docendi dederit: Posito, quod docuerint, sed non concessio, reponenda ipsis statim veniat caterva Pseudo-prophetissarum, ceteræque, quas nunc indigitare nolumus, divinatrices puellæque fatidicæ. Convinci etiam potuissent Jesuitissæ ex causa abrogationis Presbyterarum in primitiva Ecclesia, quæ propter varios excessus orta est, de quibus Thedorus Balsamon in *Synodo Laodicensi Can.* 2. p. 833. Antiquitus, inquit, quædam verule mulieres in catholicis Ecclesiis sedentes, reliquas forte mulieres ad bonum & honestum ordinem servandum deducebant, quia autem ex eorum consuetudine, eo, quod honestum est non recte uterium vel propter arroganiam, vel propter turpem quæsum quidam effenderantur, prohibuerunt Patres, ne deinceps omnino essent in Ecclesia Pres-

byteræ vel Presidentes. Conf. eundem lib. de velandis virginibus c. 9.  
*Non permittitur, inquietus, mulieri in Ecclesia loqui, sed nec docere, nec  
tingere, nec offerre, nec ullius virilis munera nendum sacerdotalis officii  
sororem vindicare. conf. etiam eundem Synodo VI. in Trullo Can. 70. p. 446.*  
 Et ceteris autem mulierum religiosarum ordinibus apud Pontificios  
 adhuc stantibus ansam exinde nulla feminarum ullam ad ordinem  
 ejusmodi constituerum novum sumere potest, namque res est diffi-  
 cillima Reisque publicæ hinc inde aqui ipsi Statui papali adversa nec  
 utilis, ut videre est Hoornbeek. in Exam. Bullæ pag. 44. plures omni-  
 no adducendæ venient rationes infra in abrogatione Jesuitissarum.

§. XX. Sed quid de doctrina Jesuitissarum statuendum ve-  
nit? dubium est nullum, quin in hac parte tum Ignatii tum cætero-  
rum ipsius fratrum vestigiis institerint tum Rosella ipsarum fundatrix,  
cæteræque sorores, confirmat Hoornbeekius Exam. Bullæ p. 34. ita  
etiam Jansenista maximopere questi Jesuitissas dicuntur in lib. Gall.  
anon. *Reponse d'un Ecclésiastique du Louvain*, imprimis c. 14. ubi ob-  
jecerunt, *Jesuitas spargere suas opiniones per tales mulierculas, quæ  
omnes per volitarent domos; Accusat quoque easdem falsarum do-  
ctrinarum Bulla papalis p. 2. Indies, inquit, similia attentare ac mul-  
ta sane doctrina adversantia proferre non erubescunt.* At quæ sunt  
opiniones? quæ sunt Jesuitarum Doctrina? falsæ sunt omnino  
quamplurimæ, quas si omnes recensere staderemus, Dissertatio no-  
stra adeo spissa fuerit, ut magnum volumen exinde nasci posset. No-  
tum est, quod in informanda Juventute & catechizandi methodo uti-  
tantur, habent etiam libellos catecheticos, quorum primum con-  
scriptis Petrus Canisius, S. J. Belga Neomagensis, Anno 1559. In  
Hispania deinceps Joannes Ramirius, in Gallia Edmundus Augerius.  
Sic & Costerus, Bellarminus, Cottonus libellos catecheticos scripserunt;  
Et qui in variis linguis composueré eosdem, Petrus Pæzzius in Æ-  
thiopica; Matthæus Riccius in Sinensi, vid. Philippi Alegambe Bib-  
liotheca Script. Soc. Jesu. p. 491. conf. Hoornbeekii Exam. Bull. p.  
26. 27. Confer & imprimis de catechesi Jesuitica Martinum Chemoi-  
tium ita differentem: *Notum prius esto, catechesis quandam à Jesuitis  
fuisse conscriptam in Austria, in cuius facie nomen suum non professi  
erant, ubi de plerisque controversis articulis obscure non indicaverunt,  
in quam inclinarent sententiam, timide tamen occultarunt gradusque  
quasi*

quasi suffenso magis tergiversatis sunt, quam aperite se explicavissent.  
Edita tandem est Anno 1560. censura quedam colonia de principis christiana doctrine locis, in qua manifeste, crasse & impudenter se aperuerunt, vid. de Orig. Jesuit. Tom. I. precip. Cap. Doctrinae Jesuit. p. 7.  
Jesuitissæ etiam catechizando rudiores in Belgio docent, ut taceamus hic cæteram rerum Ecclesiasticarum curam, de qua inferius; itaque dubitamus nulli, quin dictæ mulierculæ eadem Jesuitarum catechesi eademque catechizandi Methodo postea usæ sint. vid. Voctius Pol. Eccl. P. 2. L. 4. tr. 4. sect. 2. c. 9. p. 1012. seq.

§. XXI. Quid vero de tota Sacra Scriptura revelata Jesuitis statuant, judicandum est ex falsis de eadē sententiis ac hypothēsis Jesuitarum, nam non est dubium, quin & in hac parte Autores suos ac Duces perstrenue secentur. Quid vero Domini Patres Jesuitici de Scriptura sentiunt? Nil boni, accusant hanc obscuritatis, quæ tanta sit, ut ad verum ejusdem sensum cognoscendum necesse sit ad Patrum expositiones & ad Rom. Pontificis Scrinium confugere. Ita Bellarminus: *Scriptura non omnia ita continent, ut sufficiente ipse sine alia traditione.* Lib. 4. de Verbo DEI non scripto c. 4. p. 68. Quem sequitur Jesuitica Censura coloniensis p. 220. his verbis: *Sacra Scriptura est doctrina imperfecta, mutila, manca, que non continet omnia, que ad saluēm, fidem & mores pie vivendi pertinent.* Ita Pistorius impius ille Apostata in *Wegweiser* p. 3, tantam inesse Scripturis obscuritatem, ut nisi ex traditionibus lux eis infundatur, intelligi non possit, sed meras esse tenebras & errores; Quinimo luculentissimam scripturam, quam Psaltes Regius dicit: *Lucernam per dibus & Lumen semitis suis, Psalm. CXIX, 105.* rejiciunt atque contemnunt, dum contineat obsignatas Prophetias, visiones, secreta, mysteria, Parabolas, Similitudines, ταυτολογίας, Βερχολογίας, εὐλεύσεις, &c. Adeo ne quidem Apostoli & Evangelista iisdem in conscribenda historia Evangelica & aliis libris canonici abstinuerint; quodsi itaque Laici legerent Biblia, redderentur hæretici, quod juxta abominandam sententiam Cardinalis Nic. de Cusa, è societate Jesu, *Scriptura sit natus cereus, flexibilis in omnes partes.* vid. ipsius Epistola 2. ad Bohemos fol. 7. conf. Maieri *Transenna Theologica, & Historica de Papatu Romanensi* p. 109. & 119. & p. 139. Joannes Liberus Heribipolensis expresse citatur: *Die Bibel ist nicht ganz/*

& porro, welcher allein denen Biblischen Schriften folge, der könne nicht seelig werden; Non possumus non Henrici Hulsenii, Jesuitæ juxta cit. Aut. commemorati de expresso Christi verbo ita judicantis: *Si Quis verba: Bibite ex hoc omnes, ita intelligat, ut etiam Laici adstringantur ad percipiendam Eucharistiam sub utraque specie, is non expressum DEI verbum, sed Diaboli Verbum profert.* Ita sentiunt perversè satis perversi Dn. Patres & Fratres & Socii Iesu quasi minime Socii de sanctissimo verbo ex ipso optimi Salvatoris ore mellifluo promanante. Cum porro optimus Salvator Joh. V, 39. docet: *περινατε τος γεαφας, σcrutamini huic oppohunt: Non scrutamini, quia Scriptura plane sit imperfecta, manca, mutilata;* Hic legi omnino meretur Maxime Reverendi Dn. L. Guntheri, Theologi de Ecclesia Christi militante immortaliter merentis Dissertatione Inauguralis de Ecclesia Lutherana, quod sit Apostolica, Romana vero Apostolica. c. i. de principio fidei & Religionis Scriptura S. §. 6. p 14. Scriptura S. jubet adorare; Dominum Deum tuum & illi servire soli, Matth. 4, 10. reponunt; Mariam sanctosque permulcos ut & Ignatium Canonizatum esse adorandos. Apostolus vult, ut sermo Christi habitet in hominibus opulerter cum omni sapientia, Coloss. III, 16. Negant isti, nec permitunt legi Biblia. Quodsi Paulus commendat. Episcopum esse debere uniuersorum maritum, i. Tua. III, 2. contradicunt Dn. Patres Spiritui S. & rejiciunt matrimonium. Annon aperta blasphemia est in Creatorem, qui matrimonium instituens sacerdotes, nec ullo verbo voluit exclusos, conf. iterum venerandus Praeceptor noster Dn. L. Guntherus in apologeticis scriptis suis passim, cum primis wider den gütlichen Schlüssel der Academisten, sonderlich wider D. Helwigium, p. 66. seq. it. Beweist, daß der Päpstliche Academic in Breslau wider seinen Willen die Warheit geschriften, §. 11. it. modo laudatissima Dissertatione C. XVI. de Conjugio, §. 12. p. 137. seq. Se vero castos esse viros ex neglectu matrimonii malunt, de quorum mirabilis castitate, seu, ut vera loquamur, libidine lasciva pluribus infra erit agendum. Ne vero extra Oleas vagemur, hæc singula, & que plura Autoritati S. Scriptura derogant, Theologis nostris relinquimus refutanda, si jam pridem omnia refutata sint superque non sint abs eisdem, evolv: quæ inter Henricum Hulsium & Johannem Regium de divinitate Scripturarum dis-

putata

putata sunt, quæque Magnificus summeque Reverendus Dn. D. Se-  
ligmann, Patronus noster atque Præceptor filiali obsequio & pietate  
prosequendus, de divinitate scripturæ pro oratione inaugurali ad  
Professionem Theol. Extraord. egregie perquam dissertuit An. 1698.  
Quæ absurdæ, quæ Jesuitæ circa ceteros fidei Articulos committunt,  
legi meretur D. Pelargi *Novus Jesuitismus h.e. Paradoxa Jesuita-*  
*rūm dogmata passim.* it. D. Alberti Graueri *Tomes Disput. Anti-Je-*  
*suiticarum, Jesuitis Francisco Cofero, Roberto Bellarmino & Martino*  
*Becano Oppositi.* altosque plurimos.

§. XXXII. Quæritur autem, cum socii Iesu & cum eis sociæ  
S. Scripturam negligunt planeque abjiciunt, quo fundamento nitatur  
ipsorum Theologia? sine dubio fundata est symbolo fidei Jesuitico,  
quod ex Jo. Baptiste Poze, socii hujus ordinis, Cantabri, libris  
conflatum unaque cum documentis necessariis abs Procuratore Hispanicarum Academiarum S. Inquisitionis concilio Madriti exhibi-  
tum ad Romanæ Inquisitionis tribunal à Francisco Roales, Theologo  
Salmaticensi & catholici Hispaniarum Regis Sacellano deportatum  
fuit, quod Symbolum celeberr. Hoornbeekius ex Alphonsi de Var-  
gas *Relatione de Stratagematico Jesuitarum c. 18. 19.* & speciatim ex  
Francisci Roales actione heresis in societatem Iesu p. 182. Examini  
Bulle contra Jesuitiss. p. 35. 36. inferuit, quod XII. fidei Jesuicæ  
articulis comprehensum ita sonat:

- I. *Credo in duos Deos, quorum unus filii Pater & Mater meta-  
phorice in generatione aeterna: Alter metaphorice Ma-  
ter & Pater est in generatione temporali: cui consequens  
est, ut tam Deo Patri, quam NB. Virginis nomen Matri  
Pater conveniat, tanquam uterque Hermafroditus es-  
set, vel Androgynus.*
- II. *Credo in Iesum Christum, unicum utriusque filium meta-  
phoricum, secundum aeternam & temporalem generatio-  
nem.*
- III. *Credo Iesum Christum, ut hominem fuisse conceptum  
& natum de Maria virgine tanquam Patre & Matre  
metaphorice per virtutem paternam & maternam.*

- IV. Credo eundem passum & mortuum non vere & realiter,  
eo quod mori non potuit.
- V. Credo eundem fuisse sepultum, et si vere & realiter non  
mortuum.
- VI. Credo animam ejus descendisse ad Inferos metaphorice,  
cum à Corpore non fuerit separata.
- VII. Credo eadem metaphorora cum à mortuis resurrexisse,  
qua fuit mortuus.
- VIII. Credo eum ascendisse in cœlos sedere ad dextram Patris  
& venturum, ut judicet alios viventes, alios etiamnum  
mortuos.
- IX. Credo in Spiritum S. qui locutus est per Prophetas non  
nunquam deceptas.
- X. Credo Ecclesiam ex majori parte sanctam & sanctorum  
Communionem.
- XI. Credo Remissionem Peccatorum & per repentinum Spir-  
itus S. adventum super impios.
- XII. Credo Resurrectionem Carnis ex majore ejus parte &  
vitam aeternam non sine aliqua Opp. siti formidine.

Hoc est Symbolum Christiano- Jesuiticum, hic certe putandum non  
est, ac si Joannes Baptista Boza hocce symbolum sibi saltim proprium  
chartæ mandaverit, scripta enim ipsius atque opera ab aseclis suis  
semper approbata & nomine totius Societatis evulgata sunt, imo  
cum dissensu Collegii Cardinalitii eadem saepius ab societate patri-  
monium impetrarunt, vid. Hoorabeck Exam. Bullæ p. m. 31. ejus-  
modi fidei articulis nititur Theologia Jesuitica, quem menti Christi sa-  
tis adverfatur. Eandem sciagraphice depingit Wolffius Lect. me-  
norab. Centen. XVI. p. 1077. Verbum DEI calumniantur, totam Tri-  
nitatem blasphemant, Personam Christi diserpunt: Christi Officium  
negant: Testamentum filij DEI violant & mutilant: Baptismi vir-  
tutes sui ordinis ingressu annihilant: omnes fidei articulos corrumptunt:  
legem Decalogi abolent & transgrediuntur, locoque ejus traditiones in-  
utiles & impias Ecclesia obtrudunt: qui Ecclesia claves in tyrannidem  
vertunt,

vertunt, quorum deinde proprium est judaizare, gentilizare, sodomizare & aperte Artichristianismum profiteri. Si quis autem Errores Jesuitarum in theologia tam varios tamque permultos penitus paulo considerare aveat, legat supra allegata *Doctrine Jesuitarum principia capita à doctis quibusdam Theologis retexta, solidis rationibus testimoniisque Sacrarum Scripturarum & Doctorum veteris Ecclesie confutata, que VI. Tomis constant.*

§. XXXIII. Misso itaque systemate Theologico-Jesuitico ad moralia ejusdem Sectæ pergendum nobis est, at iterum præliminaria quasi nonnulla adponere huc possumus, Theologia enim Jesitarum moralis satis superque se esse extendit & quotidie plura eidem insuper addunt, & quemadmodum Jesitarum animi cum celo semper mutantur, ita ubi sunt, ibi coeleste clima alias atque alias ipsis insuggerit cogitationes morales, ita ipsis in moralibus semper student omni opera nixi, ne in moribus quidem, sed in vitiis atque criminibus indies magis magisque evadant perfectiores, & quis artificia ipsorum moralia seu potius criminalia enarrare poterit singula? intendimus saltim has illasve regulas morales, quas pro fundamento habent inque sua apologia abs semetipsum approbatas agnoscunt, recensere, v. g. *Filius, qui in domo Parentis est, si pro servitio, que prestat, desideret præmolum, parent autem ipsis dandum neget, id saeva conscientia furio subducere queat. it. Adulter, qui in adulterij actu abs adulteræ marito apprehenditur, hunc sua servanda vita ergo interficere posse.* Veritati consentaneum censem religiosi Patres: *Embryonem, quandiu in utero materno lateat, anima carere rationali, eamque tunc denum accipere, cum luci exponatur; sitaque quis interficiat eundem quocunque saltem modo, is nullam faciat cedem.* vid. *La Moral-Pratique des Jesuites* passim. Et in hoc certe non acquiescunt, sed in vitas Regum etiam atque Principum invadunt, sibi enim gratulantur de occasione interficiendi Regem data, quin Jesuita Varadius affirmavit expresse, *nullum fieri ab ipso posse opus meritorium magis, quam si regem obturaret, quamvis etiam esset catholicæ Religionis,* vid. *Wolfius Lect. morab. Tom. II p. 1080.* ita quoque *Johannes Mariana, Jesuita Tolestanus de Rego & Institutione Regi Lib. I. c. 7. p. 68.* affirmat: *In ejus vitam graffari quacunque arte concessum, ne cogatur tantum sciens aut impudens sibi confidere mortem.* (libellus hic Anno 1610. Lutetiae Patino-

Parisiorum ex Parlamenti decreto combustus est.) Rud. Hospiniatus  
 nus L. 4 de doctrina j. esuit. c. 5. p. 356. illustrat thesin hanc theolo-  
 gico-morali-Jesuiticam illustriori exemplo, fluxisse, inquit, ex hac  
 Mariana doctrina, ut Jesuita Richardus Walpot, socius Mariana ante-  
 bac Eduardum Squirre, Anglum, veneno infirixerit, quod Regine Ang-  
 lie & Essexio non edendum aut bibendum præberet, sed quo sellam tan-  
 tum inungeret ita, ut ex ejus contactu uterque moreretur. Et cum ejus-  
 modi locutus tali gravidum se sentit facinore, id non novit sua saltim  
 persona tantum, sed parricidalia consilia cum aliis sua sociatis sem-  
 per communicat: ita Jacobus Clemens, qui Henricum III. Gallorum  
 Regem Anno 1589. cultro occidit ad nefandum hoc facinorum ge-  
 nus novitorum Theologorum disputationibus concitatus fuit, qui  
 tyrannum impune occidere licere affirmabant. conf. Thuanus Lib.  
 137. p. 1045. quin imo Clementem ante cædem consuluisse Clericos,  
 quo titulo nullos præter sui ordinis socios exornat Mariana cit. lib.  
 c. 6. p. 53. Idem quoque Henrico IV. eorundem Regi accidit, quod  
 imperfectus fuerit à Franciso Ravaillacō, Jesuita, qui aperte confessus  
 est, se cum Albignio, sui ordinis socio super Henrici IV. cæde con-  
 tulisse. conf. Contin. Thuani l. 3. p. 84. Henrici IV. Nepos Lu-  
 dovicus XIV. hodiernus Gallorum Rex novum de hac materia Dis-  
 putatorem in regno suo expertus est, vix enim elapsō Anno Novellæ  
 nostra Lipsiensis retulebant Lutetia Parisiorum ad d. 22. Mensis  
 Martii Anno 1700. Dem Provincial der Jesuiten ist vor etlichen  
 Tagen ein Königlicher Befehl zugeschickt worden / Krafft dessen er  
 einen gewissen Pater von seinem Orden aus dem Kloster zu Pont a  
 Mousson verstoßen soll / weil er unlängst in einer Disputation be-  
 haupten wollen / daß es wohl erlaubet sey / einen Feind / vor dessen  
 Macht man sich fürchtet / ums Leben zu bringen / wie denn auch der-  
 gleichen ein Fürst gegen dem andern / der ihn mit Krieg überziehet /  
 wohl thun möchte. Es hat dieses so viel Nachdenke bey Hofe  
 verursachet / daß man deswegen an den General des Jesuiten - Or-  
 dens nach Rom geschrieben / damit er gedachten Pater degradiren  
 möchte. Sensim forte stratagemata sua Dn. Patres in hoc regno  
 exercere satagunt, quid si recens seculum duriora Expulsionis fata Ip-  
 pos edoceat? Quas denique Conspirationes Elisabetha, Jacobus I.  
 Carolus II. & Wilhelmus M. modernus Anglia Rex à Jesuitis ex-  
 perti

perti sint, nunc non moncamus, confirmet id solum Conspiratio pul-  
 veraria Londini An. 1605. detecta, quam quidem in dubium voca-  
 re ausus est Mericus Casaubonus in Tract. suo de Credulitate & in  
 credulitate in rebus naturalibus & civilibus ; At reperiuntur firmio-  
 ra Argumenta, quibus Res satis superque fulcitur, conf. Robertus  
 Jonstonius Historia Jacobi Anglia Regis, cum etiam nec ipsi Autores  
 ejusdem conspirationis ignoti sint, fuerunt Hallus, alias Oltcornus,  
 Osvaldus Desmondus, Joannes Gerhardus (nobile in Theologorum  
 nostratium catalogo nomen, dignius viro majore ac isto furcifere)  
 denique cum primis Henricus Garnettus, qui tanta apud Pontificios  
 erat autoritate, ut Papam Anglicanum dicent, pedesque suos ex-  
 oscularentur ; Sed fratres hos titulo Parricidarum esse exornando,  
 Jesuita nolunt, bene tamen Martyrum, quia, etsi non novissent pro-  
 ditionem pulveriarum, quam ob causam parata sit, eam non detexis-  
 sent, justo supplicio essent affecti, negant tamen dignos fuisse suppli-  
 cio, imo laude dignissimos contendunt, quod tantum facinus silentio  
 premere voluissent, ita commemorat Rivetus Explie, Decalogi Exod.  
 XX. p. 1398. Quam Parrajus & Squirus, Par nobile Patrum Jesuitarum,  
 tempore Elisabethæ, iterum iterumque moliti sunt, proditionem  
 silentio lubentes involvimus, que omnino sua constat certitudine,  
 licet negata fuerit speciali pro Jesuitis Apologia, quam Thomas  
 Smithus, Eccl. Engl. Presbyter in Catalogum lib. MS. Bibliothecæ  
 Cottonianæ retulit. p. 12. Hic meminisse profecto deberent De-  
 creti Pontificis Urbani, quod extat c. 24. p. 3. quo sancitur : *Quod*  
*talia docentes, consilentes aut defendentes longe damnabiliores sint fa-*  
*tientibus, & quod Seneca ad Alexandrum dixit L. i. de Clementia c. 25.*  
 p. 481. *Quid intereo, Leoni Lysimachum objicias, an ipse dentibus la-*  
*ceres tuis ? Tuum illud Os est, tua illa feritas : O quam cuperes tibi po-*  
*tius Ungues esse ; tibi rictum edendorum hominum capacem.* conf. lib.  
 Anon. von der Jesuiten blutfürstigen Practiken 1686. Quem-  
 admodum vero Jesuita, callidum genus hominum, plerumque se au-  
 lis illatebrant, ut per confessionem & humana politaque conversatio-  
 ne Principum arcana explorent, conf. hac dere Dn. D. Rechenber-  
 gius in Dissert. de Ratione Status Religionis & Doctrinae Pape. §. 35.  
 hab. Anno 1672. ita Reginae ac Principissæ eo magis habent, cur si-  
 bi gratulentur, quod Jesuitissimum ordo non confirmatus sit, istæ

Enim ut Socii seu serpentes irreplissent in aulas, rebusque Principiarum praesesse ac muneribus summis fungi voluissent; Et ut sexus se quiorad iram aliosque humanae infirmitatis affectus semper proclivior existit, ita sancti prae istis tutae adeo vix fuissent, semper ipsis meritendum, ne vita periclitaretur, cum scemini ejusmodi fecis infimae committere sese totas necessum habuissent, que juxta hypotheses sociorum Reges, Reginas ac Principissas veneno seu quoconque alio remedio interficere non adeo curassent, quin potius pro bono opere vendidassent; plures Canones Regulæque morales hujus Societatis legi possunt in *Theologia moralis Jesuitarum contra bonos Christianorum mores, & lib. Galli La Moral-Pratique des Jesuites*, qui ob veritatem in se contentam Parisiis vulcano sacratus atque combustus fuit, maximam partem translatum videmus in lib. der Jesuiten Christenhum und Lebens-Wandel.

S. XXIV. Ad moralia Jesuitarum omnino referenda sunt artificia ista, quibus homines saepius abs ipsis falluntur, sunt *æquivocationes & reservationes mentales*, dum aliter cogitant ac loquuntur & scribunt, ex quibus maxima omnium actionum humanarum Confusio oritur, nam sic omnia pacta, Contractus atque transactiones violentur, verbo: *Omnis fides destruitur*. Casaubonus in Epistola 624. p. 764. recenset verba Andree Endemono-Johannii, S.J. qui Garnettis artis æquivocatoriae alias Magistri, consecraneus fuit: *Soles, inquit, esse DEI amantes, quibus æquivocatio placet, sed non esse, patet ex Ps. 28, 3.* vocantur enim ibidem homines istiusmodi *impij & malefici*, requiritur potius abs his, qui volunt esse dispensatores Iesu & Ministri, ut *omnis reperiatur fidus 2. Cor. 4, 2.* hic non incongrue vocandi veniunt *Labanista*, cum *Laban*, Jacobi sacer reservationum mentalium & æquivocationum esset peritissimus, quas tamen à Jesuitis nondum didicerat. Minime ergo potent se primos autores esse subdolæ istius artis; Evidem Laban hanc abs eodem didicerat Veteratore, qui Jesuitas eandem innovare docuit. conf. Rivetus Comment. in Genes. c. 29. v. 19. Exercit. 127. p. 493. Veterator quidem non est aliis, quam qui olim per Oracula apud Gentiles loquebatur bilinguis, verbo: *est Pater mendacii*. In hac parte apte etiam convenient cum *Arrio*, nam istum æquivocationibus & reservationibus mentalibus polluisse, ex ipsius Confessione satis patescit; at even-

tus

etis edocuit Atrium amantem Dei non fuisse; iuxta Eudamond. Joban-  
nis erroneam sententiam, certe Deus non amans est mali, qui hoc facit,  
non permanet in ipso Ps 5, 5. Id melius observavit Garnettus, cum  
eundem, quod Conspirationi pulverariae Anno 1605. Londini factae  
interfuisset, ad patibulum producerent & expiscarentur ab ipso, an &  
nunc & equivocationibus se juvari cogitet? respondisse fertur: *jam*  
*non esse tempus equivocationibus ludendi.* An vero Jesuitissae etiam  
& equivocationibus uti valeant, dubium nullum est, sicut enim foemi-  
nae versutia gaudent non levi, nam sequuntur calliditatem serpentis,  
quæ primam mulierem callide seduxit; Ita certe experientia quoti-  
diana docet, versipelles esse foeminas & adhuc valere illud Syracidis  
c. 25, 17. Reine List ist über Frauen. List.

§. XXV. In qua autem loca Jesuitissae olim irrepererunt &  
Dicuntur in Bulla pap. fuisse in nonnullis Italiae & ultra montane  
paribus ab aliquot annis, sine dubio Romæ crescere incepérunt, quo  
Elisabetha Rosella sub initium novi Ordinis Jesuitici statim Ignatium  
Loyolam secuta est eundemque Romæ invenit, conf. §. 12. preced. At  
Venetiis istas quoque fuisse judicamus ex eo, nam cum expellerentur  
ibidem religiosi Socii, statim intellecta intimatione mulierculas suas  
die 9. Maii 1606. ad Ecclesiæ tumultuarie convocarunt, quibus  
thesaurum ceteraque concediderunt, conf. Lucius Hist. Jesuit. L. 4.  
c. 8, p. 639. Hacce quidem Venetiis non adeo fuisse notas, constat  
exinde, quod Jesuitæ ibi emergere vix possent, ut solent alibi fuerunt  
& tunc temporis certis quasi circumscripti locis; Dubitari ergo po-  
test, an sciverint Veneti, quod & penes se darentur Jesuitissæ. Magis  
autem excreverunt in Belgio, cum eorum religio ibidem toleraretur  
& hic ordo foamineus adeo turbatus non fuit.

§. XXVI. Quomodo vero in Italia ceterisque ultramonta-  
nis partibus Jesuitissæ se gesserint, favente ipsis & ad tempus conni-  
vente Sede Apostolica, ex Bulla papali annexa satis superque videre lit-  
licet. Habuerunt domos probationis, quemadmodum ipsi Socii, a  
conf. Rossæ Beschreibung der ganzen Welt Religionen/ p. 420. in  
quibus vel quatuor ut Jesuitæ, vel plures septimanas Candidatas suas  
probarunt, an Ordini suo inferiendi ac vocandi dignæ reperirentur.  
Extra dubium speciatim ab iisdem expiscatae sunt, an sint capaces ca-  
ritatis votum cumprimis servare; quæ autem probationis experi-

menta fecere, Bulla allegatis modo verbis, paulo post memoratas probationum domos indicat, istas exercuisse opera permulta sexus & ingenii imbecillitati & modicja muliebri ac virginali præsertim pudori minime convenientia. Ostendent id alio exempla inferius adducenda. Habuerunt dictæ virgines in his probationum domibus Generalem, ut Socii, quam titulo Præpositæ exornarunt, nihilominus etiam Visitatrices, Rectrices aliasque sedæ suæ muliebris Officiales.

S. XXVII. Aet Urbanus VIII. Pontif. Rom. ordinem hunc muliebrem damnavit atque suppressit; factum id quidem esse ex odio Jesuitarum, conjecturavit Voëtius *Polit. Eccl. P. I. lib. I. c. 2. p. 35.* Sit interim quicquid sit, non sine rationibus fecisse Urbanum patet ex citatis Bullæ Pap. verbis, ubi imprimitis hæc ratio allegata est, quod limites honestatis & castitatis præter decorum sexus muliebris prætergredentur. Observata est etiam ab Urbano audacia harum virginum, quod quæ ipsis præstitu essent gravissima illotis tamen manibus ariperent, quo Urbanus prævidendo conjecturare visus, totam societatem esse lapsuram, si ordo muliebris accederet virili, quia per πολυπράγματα suam ad majora & altiora tenderent inque rebus publicis atque politicis partem arrogate sibi superiorem conarentur, ut illustre exemplum datur à Thuano *L. 16. p. 151.* imo Antichristum ipsum esse periclitaturum; Esset denique contra ordinationes generalium Conciliorum Lateranensis & Lugdunensis, in quibus distincte prohibitum esset, ne quis novæ Religionis instituendæ auctoritatem sibi arrogare præsumeret; Adverfaretur etiam Constitutionibus *Joannis XXII. & Clementis V.* Papatum Romanorum salutaribus, quorum vigilantia mulierum cœtus auctoritate privata & de facto instituti tanquam exitiosi palmites damnati & sublati fuissent. Tandem ne in agrum dominicum operatii sine delectu temere se ingererent, satia dissiparent, consta evellerent, zizania inferrent & adulterinas in eo plantas superinducerent, has rationes in frontispicio Bullæ statim legitimus. Perplures insuper adsunt rationes, quibus probant Autores, ordines ejusmodi muliebres non esse tolerandos præsertim in Protestantium ditionibus belgicis, hujusmodi enim fœmelle spargunt impedimenta pietatis ac religionis, nec non adminicula & Instrumenta ad seductionem antichristianam, Idolatriam & superstitiones, nec unquam consocietas collegia cum legibus & statutis possunt

possunt erigi sine præcognitione & consensu Magistratus, at Jesuitissas, licet vivant seorsim, absque consensu Magistratus collegiali & communni correspondentia eisesse conventus & continuasse, belgium jam dudum questum est; Deinceps mulierculæ ha alias alliciunt pueras & artificiose sibi attrahunt easdemque parentum Religioni & Obedientiæ subducunt, ita ut abeant invitit parentibus, conf. Arodii Andegavensis Quæstoris plагum in Jesuitis detектum & castigatum de alliciendis puieris, passim. Et quidni constituto ejusmodi coniugium honestum impediatur, occasio contra agerque quasi fertilissimus scortationum, adulteriorum & abortuum aliarumque abominationum præbeatur, ut Voëtius ad experientiam provocando id pluribus argumentis ordinis huic contrariis probavit Part. II. Polit. Eccl. L. 4. Tr. 4. c. 9. p. 1013. seq. Quodsi nobis contigisset Philippi Rovenii, Archiepiscopi Utrechtini Epistles Romæ ad Wachtelerium Capitonicum Capituli Mariani scriptas viduisse plura omnino de hac materia edere documenta possemus, ibi enim ostendisse se Clopparum Jesuiticarum non sautorem, imo πολυπεριγραφόντες earum & factiōnum hostem esse, quin laudes scit. Jesuitissarum non leviter tetigisse & prædicasse in Republica sua Christiana lib. I. c. 43. certiores nos reddidit Voëtius l. c. p. 1015.

§. XXVIII. Jesuitissæ ante abrogationem sui admonitionis quidem sunt, quo à suo conamine abstinerent, iterum juxta Bullam te. norem.

§. XXIX. Urbanus autem impatiens Usurpationis & πολυπεριγραφόντες ipsarum & observans easdem posthabitibz papalibus admonitionibus obstinaces ac inobedientes se gessisse, ad ejectionem atque excommunicationem earundem progressus est Anno 1639. idibus Januarii, datus admodum Bulla verbis. Duriora fata videntur, qualia expertæ non sunt antehac Regiūne, quæ in multis comparaudæ erant cum Jesuitiss. Quodsi autem Rosella à primordio suæ sectæ statim, quo Ignatius, usq; fuisse medio, non sibi saltim sed & universo ordini consuluisse, fesse enim Ignatius etiam et que etiam commendavit suo libello, quem scripsisse hispanice & inscripsisse Exercitia spiritualia dicitur; Sic Ludovicum de Ponte in vita P. Balbasaris Alvarez c. 43. fida traditione inde usque à P. Jacobo Laino acceptum haberi: Deum hoc Exercitia sancto Patri nostro relevasse

imo per Gabrielem Archangelum non nemini fuisse à Deipara virgine significatum, se Patronam eorum fundatricem & adjutricem fuisse, docuisseq; Ignatium, ut ea sic conciperet, recenset Philip. Algeambe in Bibliotheca scriptorum Soc. J. p. 1. Si Elisabetha Rosella spirituallia Exercitia scripsisset, proh DEUM! quod miraculum exinde resultasset, si una revelationem jaedita esset divinam, infelix forsitan non fuisset in constitendo ordine suo; sed hæc Jesuitissimis nunc exoptare non expedit, sunt excommunicatae durioribus adhuc Bullæ pap. verbis seqq. Bene ac prudenter egisse Urbanum, certum est, quo enim diutius conivisset his scemelis, eo latius imperium Jesuiticum fese extendisset, factio enim earum non Monachis duntaxat, sed & aliis ordinibus ac Politiis nonnullis, imo Sedi Apostolicae adversata est, talem itaque factionem circumscribendam & cohendendam esse, Urbanus ratum habuit, conf. Hoornbeekius Exam. Bull. p. m. 44. 45.

S. XXX. Sed heus Urbane! bonum quidem fecisti opus in expellendis hisce mulierculis, excommunicatio vero tua non multum valuit, sunt enim adhuc hodie Jesuitissimi & quidem cum consensu, gratia & Privilegio Jesuitarum, testatur in Hoornbeekius Exam. Bull. p. 41. Ridiculum est, inquit, ut hic excandescat & tumultuetur Papa aduersus Jesuitas: Quas utcunque velit, jubet, clamet, extingui, dereli, Jesuitæ hodie aque curant, ac in Hispania quando damnabat Ponzam. Quippe in locis, ubi aliquo numero & prelio Jesuitæ sunt, videbis basce mulierculas ab illis foveri & diligenter curari, quamvis reclamante & sumante Bulla. Non quidem Collegium vel Sectam ille faciunt, quod sciam, sed tamen & distincto vestitus signo & sub Patrocinio societatis singularem in formam & ad prescriptum societatis religiose vivunt, ut nequam sint extinctæ vel abolite, quod Papa voluit, vel alie ab aliis seorsim degant, aut non convenient ad aliquod spirituale vel temporale insimul consultandum. Serio quidem ipsis conversatio cum mulierculis fuit prohibita, vide Regulas Jesitarum, cumprimis Reitoris, c. 7. De communicatione cum externis Reg. 72, 73. p. 84. conf. S. XII. præced. Jesuitæ autem his regulis maximopere contrariantur, dum è Laicis personis sorores in ordinem suum cooptant, votisque suis sibi adstringunt, conf. Lucium Hisp. Jesuit. l. t. c. 5. p. 132. Dantur præprimis in Belgio, licet invitis Belgis, vid. hinc Quercle Lovaniensem cit. lib. Reponse d'un Ecclesiastique du Louvain c. 14. quarum

quarum examina non tantum papales sed & Reformatorum terras  
inundant, domos pervoltant falsasque Sociorum suorum hypothe-  
ses spargunt, vid. Voetius Polit. Eccles. Part. II. Lib. I. Tract. qd. de  
mulieribus c. 2. Quæst. 3. p. 209. licet non vocentur ibidem Jesuitissæ,  
sed Kloppen/ Queselen/ Paters/ Kloppen/ uti supra §. III. fuit com-  
memoratum. Ex Ministris Sereniss. Ducis Saxo-Cicensis natione  
Belga Brabanticus non ita pridem mihi retulit tanta Jesuitissarum ag-  
mina in Belgio hispanico commemorari, ut creditu facile non sit,  
cum primis præter Gandavum Flandriæ, Montes & alias Belgii emi-  
nentes Urbes, Bruxellas irrepererint, adeo ut numerus milenarius in  
ipsis enumerandis vix sufficeret, ubi à Jesuitis apprime foverentur,  
quin perplures Jesuitarum ejusmodi mulierculas in suis cubiculis ale-  
rent, quemadmodum Viri libidinosi in Italia & quidem eorum singu-  
li aliquam sociam in domo, lectu ac mensa alere solerent, cum tamet  
conjuges in tuto conjugali non sint; Pari modo Dn. Patres Bruxellis  
& aliis locis matrimonium in celibatu colerent: Ne autem Soror-  
culæ Jesuitissæ omne tempus lascivo amore perderent, texere solerent  
denticulos Brabantenses vulgo Brabantische Spiken/ qui apud nos  
præ ceteris palmam tenent, quidque exinde mercerentur, tum sibi  
met ipsi tum sociis Jesuitis tum toti servando ordini tribuerent; No-  
tatu præterea dignum, templum Jesuitissarum Bruxellis existere sub  
urbanum trecentis millibus florenorum exstructum, & hactenus pro-  
priis Ipsorum sumtibus conservatum, cuius ad sustentationem quæ-  
vis Jesuitissarum tribuenda tribuerent inque eo ad Instituta Fratrum  
Jesuitarum cultum exercerent. Dantur etiam Colonia, quæ semper  
quasi sedes foemellarum religiosarum fuit; Ita Beguinæ in eadem  
tantæ olim fuerunt multitudinis, ut mille & plures numerarentur.  
vid. Zimmerm. de Presbyteriss. §. 57. p. 91. vocari se Jesuitissas Co-  
loniæ aliquis in locis etiam non dediantur, licet titulum ipse non  
ostendant. Dantur & Vienæ, Pragæ, Vratislavæ, quas quidem ab  
antiqui Ursulinæ derivare satagunt, sed dicuntur etiam vulgo Jusuitissæ, & quidem recte re atque nomine. Pontificii in genere tum  
Clerici tum Laici non verentur easdem tanquam peculiariter à Jesuitis  
dependentes contradistincte ad aliorum Monachorum Cloppas  
Paters/ Kloppen appellare.

¶. XXXI. Sane mirum adeo non est, quod & hodie dentur, cum ipsarum Duces & Autores diu noctuque studeant, quomodo puellas illecebris attrahere sibi queant. Profecto Ignatii successores tantæ non sunt sanctitatis, ut mulierum curam negligant ac ipse, ut §. XII. fuit ostensum, sed earum curam avidius captant in ipsis observandis, fovendis & congregandis sub ordinis sui sacramentum præsertim ditionibus, conf. Hoornbeekius Exam. Bull. p. 32. ideo prosequuntur easdem blanditiis ac promissionibus, ut statum religiosum denique ambiendum detrectare non valeant. *Hic Arodii Andegavensis plagium de alliciendis puellis detectum in Jesuitis supra cit. legilis non penitebit.* Sic varia proponunt stratagemata ad id facientia. *Suaviter scilicet & fortiter marri vidue esse peragendum, urfiliabus molesta sit virgis, minis, abstinentiis asperius tractando, dengando ornatum multibrem exquisitum, pollicendo majorem dotem, se velut esse monialis, exaggeret futuri mariti furores, gravamina matrimonii, pre se ferat mater ipsa dolorem, se non fuisse monialem, & demum ita agere contra filias instituat, ut vita radio apud matrem manendi adspirent ad monasterium, vide ejusmodi consilia in Theophilii Eulalii catholico-Bohemii aureis monitis religiosiss. Societatis §. 8. de remediis, ut filie nostrarum devotarum religiosum amplectentur statum p. 23. Deinde §. 13. p. 39. de monialibus agit, quonodo sint conservandæ in statu religioso, & introducit Socios ita loquentes: *Caveant offendere moniales nostri confessarii cum tantæ sint benefactrices, ut aliqua fundationem juverint collegiorum, plurima medium dotem dederint, annuente monasterio & Abbatissa. Quare ob clausuram non eas molestent, relinquant Episcopis: conservent potius favorem monialium, ne contra nos agant ob dimidiis dotes easque exprobrent nobis datas.* Sic etiam singularem ipsorum calliditatem ad alliciendas has oves in ovile suum hasque columbas simplices in suum columbarium in eo consistere, ut eas crebro visitent, affirmat Petrus Jarrigius, Jesuita Rupellensis in feriali pegmata c. 6. p. 78.*

¶. XXXII. Distinguæ sunt Jesuitæ abs aliis Cloppis non tantum ratione nominis sed quoque originis, plurimæ enim nobili oræ sunt Prospacia, aut existunt potentiores; Accedunt autem his etiam ignobiliores & pauperiores ex plebe, quæ ipsarum Institutis magis idoneæ reputantur, hæ aluntur ex communi plurimum aut etiam speciali

speciali potentiorum liberalitate mercedis loco pro exhibitis sibi aut Patri suo spirituali presbytero servitiis. conf. Voëtius *Polit. Eccles.* Part. 2. lib. 4. tract. 4. c. 9. p. 102.

§. XXXIII. Differunt etiam ratione formæ à cæteris Cloppis, nam tenentur tribus Jesuitarum votis, paupertatis scilicet, castitatis & obedientia, quemadmodum Bulla papalis de veteribus Jesuitissimis etiam annotat, ita & moderna Jesuitissæ eandem servant formam. 3  
*Quod votum paupertatis speciatim attrinet, satis superque innoteſcit, Jesuitas esse maximè divites & nullatenus pauperes, commendatur quidem hoc votum ipsis maximopere in Bulla I. Julii III. Pontif. Rom. his verbis: Cum autem experti fuerimus jucundiores, puriores & ad proximi adificationem aptiores esse vitam ab omni avaritia & contagione quam remotissimam & evangelice paupertati quam simillimam, cumque sciamus Dominum nostrum Jesum Christum servis suis regnum Dei solum inquirentibus, necessaria ad viatum & vestitum esse subministraturum, hic voveant singuli & universi perpetuam paupertatem declarantes, quod non solum privatim, sed neque etiam communiter possint professi vel ulla eorum donus aut Ecclesia ad aliquos proveniūs redditus, possessio[n]es, sed nec ad ulla bona stabilita[re], præter ea, que opportuna erunt ad usum proprium & habitationem recipienda, iuxta aliquid civile acquirere, rebus sibi ex caritate donatis ad necessarium vite usum contenti. vid. Literas Apost. p. 57. Sic quoque Pius V. declaravit in Brevi 2. societatem hanc inter Mendicantium ordines connumerari debere vid. easdem Lit. Apost. pag. 114.*

§. XXXIV. Jesitarum unus alterve interdum exercitii gratia votum paupertatis proficitur, suumque specimen sequentem in modum edit: Cum cæteri Patres spirituales mense accumbunt & cum divite iste λαυπγες epulantur, unus ex suo ordine progreditur, induitus Centone, calceis perforatis, pileo dilacerato & seminudus, is patinam & lagunculam ligneam manibus tenet & a patribus his cibum potumque emendicat, quibus acceptis post januam sedet cibumque capit. vid. Lucii His. Jesuit. lib. I. c. 5. p. 130. hoc modo Jesuitissæ etiam paupertatem profitentur, cum una pauperior alteri nobiliori ac potentiori famulatur, itaque acerbum adeo & difficile non est mendicandi munus in se iudecipere.

§. XXXV. Sic quoque Societas hæc paupertatem modo simulat, cum spes in aliqua hæreditate succedendi affulget, urgente tunc interdum necessitate testamenta extundere, domos involare, hæredes amovere inque monasteria clanculum subducere solent, quo ipsorum hæreditatem jure quasi adipisci videantur, vide quæ hujus rei adduxit exempla Wolffius in *Lect. memor. Tom. II. p. 1082.* Ant. Arnaldus in *Philippica sua p. 46.* Bene hic sonat canticum, in dem entlauffen Jesuiten / p. 217. seqq.

*Si cui caligant oculi  
Circumstant ripam leclulæ  
Jesuitæ, Damon, Angelis,  
O vulpinam sanctitatem!  
Prædicando charitatem  
Subducunt hæreditatem.*

Per media ejusmodi thesaurus religiose societatis quotidie crescit. Sic enim intra 75. annos auctus fuit, ut sub initium seculi elapsi An. 1608. Collegia 293. & 123. domos haberent, adeo, ut quotannis 2000000. coronarum proventus comparare possent, referente Ribadencira, Jesuita, conf. Rossæus c. l. p. 430. Ita nec principibus parcunt ipsos desfatigando multis precibus, quo unum alterumve abs ipsis donum accipient. Notatu digna habetur, quam Princeps Lobcowitzius olim tulit, sententia, cum è societate Jesu nonnulli Imperatorem ad dandam sibi molam sollicitarent: Dabat dictus Princeps Jesuitis nodum gordium solvendum sequentem: quid significaret Romanus Numerus VII. cum autem hunc ad palatum Principis non exponerent, eundem sic solvebat:

*Vngarn / Jüden / Jesuiter  
Bringen den Kaiser um seine Güter.*

Hoc & alio ditescendi modo plurima corraserunt bona, quorum tam collegiorum, quam domuum aliorumque Palatiorum ac ædificiorum spississimum catalogum Lucius *Historia sua jesuit.* affixit, quem vide lib. I. c. 4. à pag 145. ad 156. usque conferri meretur Theologus Dresdenis Dn. Jo. Andr. Gleichius, Patronus noster, in Dissert. Wittebergæ olim habita & ante biennium recens edita: Quare hæresis Pontificia inter reliquas præcipuo quo-dam & perenni vigore unice superet? in medio §. 4. Quibus denique valeant pecuniarum summis

summis novellas legentibus ignotum non est, retulerunt hæ paucas  
ante septimanas Regi Hispaniæ sedisse animo, abs Sociis Americæ  
Provincias, Dariam, Peruam & Mexicanam incolentibus liberale  
donum trium myriadum consensu Pontificis mutuo sumere, cui  
etiam Papa ex voto respondisse dicebatur. Recte hinc Canticum  
Jesuiticum, in Dem entlarfften Jesuiten / p. 219. & 221.

*Hi periti mendicantes  
Sunt quasi nihil habentes,  
Et omnia possidentes.  
Domas, agros, Uniones,  
Aureorum millions  
Habent iſi sancti Patres.*

Testatur quoque de horum divitiiis Mercure historique & Politique Mois de Novembre 1699. p. 481. seq. Les Jesuites en ont bien ri :  
*Legia non funem, sed dat profune catenam*

*Hec meritis magnis furibus effe solet.*

Ces Peres ont fuit de grosses plaintes contre Marsorio, à qui ont fait dire, que l'argent est leur grande divinité.

Jesuitissæ ratione divitiarum etiam cum sociis participant, præsertim cum nobiliores majoremque partem potenteres sint, emulantur tamen paupertatem. Societas itaque conjunctim sumta cæteris omnibus Religiosorum ordinibus existit ditor, minus inepte igitur *Autor Anonymus des träumenden Pasquini Fluger Staats Phantasien/ ordini societatis relig. inscriptis sequentia, in der ersten Erscheinung / pag. 32.*

*Hier wohnt ein kluges Volk / das niemahls ruhen kan/  
Es gibt bey Groß und Klein sich stets als Erbe an/  
Vom Himmel schwatzt es stets und greifset nach der Erden/  
Die Armut lobt es nur/ daß andre ärmer werden,*

S. XXXVI. Votum Castitatis, quod attinet, sciendum id à J. suis magni estimari, prout abs Ignatio ipsis quoque maximopere sicut commendatum in Constitutione 28. Regularum soc. J. p. II. Quæ ad votum castitatis pertinent, interpretatione non indigeni, cum constet, quam sit perfecte observanda, nitendo angelicam puritatem imitari, corporis, mentis nostræ munditia, unde etiam Jesuitæ communiter jactitant, tametsi inter discipulos suos habeant Juvenes formâ,

vultu & robore corporis præstantes, tanta tamen esse castitatis & continentiaz, ne igniculum quidem carnis in ipsis per confessionem animadvertere possint, vocant etiam eosdem suos Argos terrestres, qui DEI gratia omnem carnis somitem seu cultro præsiderint, ut jurataam facile præstare possint continentiam, ita Bonaventura Rector Ingolstad. Jesuit. Anno 1582. dixit, conf. Lucius His. cit. lib. c. 5. p. 131. Recipiunt ergo & dominant matrimonium contendentes, clericum vivere debere in coelibatu; Andreas; S. Jes. Romæ apud S. Andream Jesuicorum Novitiorum Informator dixit: Non minus peccare sacerdotem si uxorem ducat, ac si cum mulierem habeat, vid. Wolffius Let. memorab. Cent 16. p. 1075. Sed verba sunt; Alibi contendunt, Monachos cum mentalibus privatim posse convervari, modo illorum consuetudo perpetuo involveretur silentio. vid. Jarrigius in feriali peggiate c. 10. p. 136. seq. Philippus II. jocando quondam ad eos dixit, quomodo casti esse possint converlantes privatim & familiarissime cum venustioribus foemini? responderunt: Herba quadam se esse instructos, quam timorem Dei appellarent, cuius beneficio omnes cupiditates atque insultus superare possent; Sed an herba hac utatur? vid. cit. Autor lib. cit. c. 6. p. 26. præprimis p. 79. recenset, quod etiam Rectores, quibus custodia fratrum castorum concredita esset, herbam istam saluberrinam perdiderint, illustreque adponit exemplum Frontonii Gadouii, Rectoris collegii Fontaniensis, & Petri Regnierii, successoris sui, quod convicti fuerint, foeminas illustres, quarum nominibus Autor parcere vult, annos integros & sœpe quinques & sexies in septimana visitasse; tali forma exhibent castitatem, quam ultro declarare melius vix fieri poterit, quam exemplis. Notum est de Cottone, regio Confessario in Gallia, quiad nobilem secundam Nemausensem propria exaravit manu: Se post summam peculiaris sue amicitia contumaciam sperare, quod brevi eam sit visurus, eis summam capitalem cum censibus debitibus absente sua soluturus, sumque erga ipsam affectum tantum esse, ut minime credat, gaudium suum in pura diso perfectum futurum, ni eam inibi presto presentem offendat. vid. Lucius cit. lib. c. 5. p. 123. Ita Jesuitæ Lugdunenses multis magni nominis civium conjugibus persuaserunt, ut in ipsorum gratiam & officium discissa industra ac interulas gestarint, cit. Aut. l.c. habet, idem quoque Autor dubitanti, quod Domini Fratres non sint casti,

casti, commendat Thomae Sanchez Cordubensis Jesuitæ lib. 9. Diffus.  
de matrimonii sacramento. Antwerpia 1607. excus. Patet exinde eos  
non solum cum Jesuitis familiariter agere, sed etiam cum virorum  
magni nominis conjugibus. Ita profecto huic optime quadrat. excu-  
satio ista Jesuitarum, quam proferit Hasenmüllerus Judice coram Chri-  
sto præsentes esse forsitan prolatores, qualern protulit Mulier Samar-  
itanæ Joh. IV. 16. seq. Certe si Christus Iesus visibiliter appareret:  
Jesuitas consimili modo, quo Samaritanam est allocutus perstringeret,  
eosque impunitatis convinceret in hanc forte formam: Jesuitæ, vocate  
Uxores vestras & venite huc, responderent illi utique & dicerent: Non  
habemus Uxores: Iesus autem responderet: Bens dixisti, non habe-  
mus uxores: quia iste, quas habebet, non sunt vestre. Quid hic re-  
sponsuri essent Jesuitæ alius? quam Domine, videmus, quia Propheta  
est tu: Patres nostri idem fecerunt, sed rogamus te cum Gargesenis, ne  
definibus nostris ex eas, ne fortassis cum illorum porcorum grege ad bar-  
abrum gebennæ precipites feramur. Statuum Jesuitarum conjugalem  
ita recte depinxit & potuit ceu olim è societate Jesu & facinorum Je-  
suitarum peritissimus, dein vero DEI gratiâ conversus Hasenmüller-  
rus Hist. Ord. Jes. l. 6. de Votis Jesuit. p. 199. Non sinistre judi-  
cavit Ecclesiastes Luneburg, interrogatus ab homine plebejo, quid  
Jesuitæ intelligerent sub literis his imposita cruce

IHS.

quod domibus ac libris suis præfigerent, is sequentem in modum ex-  
posuit an- & retrosum legendō:

Ihr Heilosen Schätz' / Seyd Huren-läger.

Sacra igitur cruce omnibus bonis munendum sit p̄r̄a ipsiſ.

Tres rythmi elegantes admodum de locis his castis feruntur:

Jesuitæ semper sunt bini

Si vero sunt trimi

Tertius est generis fæminini.

§. XXXVII. Sorores jesuitissæ circa hoc votum eodem  
modo sunt comparatae, sicut enim in aliis doctrinis vestigia Sociorum  
premut, ita profecto in hoc studio ab ipsis non declinant. Evidem  
non omnes votum cœlibatus simplex & tacitum nuncupant, sed quæ-

dam saltim, major tamen pars earum vovent id vel perpetuo, vel  
 restringunt ad certum tempus longius seu brevius, vovent immedia-  
 te tum Deo in cordibus, tum Confessariis; ut autem Clerici aegerri-  
 me solent ferre, si Cloppæ coelitus voto contrariantur, & matri-  
 monium ineant, imo subducuntur clam à Pontificiis, ac sie ἀτοκον  
 enorme commisissent, ita cum Jesuitis pari modo se res habet, ma-  
 lunt Jesuitæ soli cum solis conversari. conf. Voët. Polit. Eccles. Part. 2.  
*Lib. 4. c. 9. p. 1012.* In Belgio scederato etiam Jesuitæ non audent  
 censuras Canonicas in eas stringere, sed earum conditio in hac parte  
 est ut *Beginarum*; facile ergo exinde judicamus castitatis votum  
 non multum valere: nam *Begvardi* & *Begvinæ* statuerunt, actus car-  
 nales non esse peccata, cum natura ad hos inclinaret. vid. Centuriat.  
 Magdeb. *Cen. 13. c. 5. p. 564.* majorem itaque venereis rébus impen-  
 dere operam Jesuitissas, extra dubitationis aleam est positum; Casti-  
 tatis votum ipsis Dn. Patres cum cura ac studio legunt: Sic Petrus  
*Cluniacus* explicit cuidam ex earum numero tractatum. S. Antonii  
 Angolesmensis continentem causas, qua matrimonia redditum irri-  
 ta, ubi discursus non una saltim lectione ex Monialis voto continua-  
 vit deque hominibus frigidis & impotentibus prolixe differuit; Alius  
 hujus disciplinæ Professor differensissimus *P. Johannes Adamus*, ex  
 his mulierculis cuidam, cui nomen Ursulæ, exposuit tractatum gene-  
 rationis, tamque clare de partibus generationi inservientibus locutus  
 est, ut *Dn. Laurentius* in Anatomia sua magis perspicuus esse non po-  
 tuerit, ita censet Jarrigius in feriali pegmatae c. 10. p. 137. Cum ita sit,  
 quod formellas suas omni navata opera in hoc studiorum genere in-  
 forment, non miramur, si numerus Jesuitistarum crescere quotidie  
 queat, sibi enim imaginari haud difficulter possunt, quodsi hoc votum,  
 quod gravissimum esse videtur, tam facilime addisci & servari po-  
 test, ut servant nostri Praeceptores, non curemus vorâ carera, leges  
 juxtim ac consuetudines, fluit unum ex altero, singula minori diffi-  
 cultate sumus comprehensuræ; Et quemadmodum discipulus Prae-  
 ceptorem suum eo lubentius emulatur in hoc studio, quo imbutus  
 est ab ipso, ita Jesuitissæ in studio castitatis nullos præter Jesuitas  
 emulari volunt, funditus enim ac realiter abs istis existunt instructæ;  
 Talis virgo ad Jesuitarum quandam accessit quondam suam animi  
 sententiam aperiendo ita, sè à *Prædicatoribus* ad concubitum esse soli-  
 citatam,

citam, sed se nullos preter Jesuitas amare posse, cum longe Urbaniores ceteris sint, Aut. cit. p. 89. Quin ipsi Jesuitae has seu suas discipulas & oviculas lobenter agnoscunt, ita enim de P. Zieglero narratur, interrogasse quondam famulum monialium luxuriantium : *Quid faciunt ovicula mea?* respondit ille : *Domine venerande, valde sunt fecundae: nam hac nocte una eorum duos peperit agnellos.* Quis credit ex alio quam Pastore suo oviculam hanc gemellos istos concepisse. Vid. Lucius Hist. Jes. lib. 1. c. 5. p. 155. De fecunditate Jesuitarum longe lateque differunt modumque pariendi accurate satis descripsit Lucius Cornelius sive Caspar Scioppius in monarchia Solipsorum (Jesuitarum) p. 249. *Conjuges solipsitor habent, quot alere possunt, nec tam adolescentes, quam adutas, sepiusque anus decrepitas & bas (quod monstri instar merito mireris) fecundissimas, raroque abortientes, imo sub ipsum exitum vita copiosim enientes, admittunt & ipsa plures maritos, sed tum minus fecundae pariunt, minusque gravatum edunt partum, universem vero nullum certum pariendi tempus habent, sed modo citius, modo tardius emituntur, interdum elephantinum partum superant. Eo certe marijā gratiōres sunt, quo citius & sepius & copiosius pariunt, quanquam ultima senectus partus subinde inter gravissimos habentur & felicissimos.* Qui adhuc de Jesuitis etiam parturientibus audet dubitare, eundem ablegare Pragam volumus, quo in Bibliotheca Jesuitica sellam obstetriciam ipsis propriam oculis lustret, quæ post eos è regno Bohemia exactos cruento folidata deprehensa fuit, testatur id ingenue Lucius Lib. cit. c. 5. p. 132. imo contestatur verbis expressis Hasenmüllerus Hist. Ord. Jesuit. c. 6. de votis p. 191. wie die Augspurgischen Jesuiter ihre Jungfrauenschafft halten/ weiß fast jederman/ da unter denselben eine Jesuitin augenscheinlich ist ergriessen worden/ daß sie ein Kind gesäuget hat.

§. XXXIX. De voto obedientiae nosse sufficientia; Quemadmodum Patres religiosi votum hoc strenue præstare obligati sunt juxta ipsorum Constitutiones, vid. Reg. Jesuit. sup. cit. à Conſtit. 31. ad 36, usque p. 12. quinimo Epistolam spissam de obedientiae virtute scripsit Ignatius, Rome d. 7. Calend. Aprilis Anno 1553. cuius tit. Ignatius Loyola fratribus Societatis Jesu, qui sunt in Lustania. vid. cir. Regulas à p. 242, ad 258. in qua citavit Casianum, qui in Abbatis Moysi Collatione dixit : *Nullo alio vitio tam præcipitem diabolus monachum*

chum pertrahit ac perducit ad mortem; quam cum eum neglecta consenseris seniorum, suo iudicio persuaserit. vid. Reg. cit. p. 250. Imo praecepit Ignatius in his omnibus: *Esse ita obedientiam superiori, ut inferiores ejus mandata ac iussia hilariter, promite, velociter & integre exequantur factis & operibus.* Et ut ex voto obedientiae votum praestare queant, certas imagines in muscis ac cubilibus sibi ob oculos ponunt: Ubi in medio Puer, qui incurvat dorsum, quo humeris impostrum fert trabem, cui inscriptum est: *Fortiter, portat dein Citharam, qua volunt obedire debere hilariter, à dextra illius assurgit catus, ut obediat velociter, pectus gerit apertum, ut obediat tuto corde;* os tenet clausum, ut obediat sine murmure, bajulat res viles & abjectas, ut obediat etiam in rebus sensibus repugnantibus, pedibus fert ocreas, ut obediat constanter, ambabus manibus vasa tenet, ut obediat sincere seu integre, aures habet observantes, ut obediat in iis etiam, quæ ipsi auditu jucunda non sunt, caput inclinat, ut obediat humiliter. conf. Lucium lib. cit. p. 133. An vero & Jesuitissæ hinc obseruent morem, adeo affirmari posse dubitamus, nam ipsarum Ordo speciatim consideratus tam accurate institutus non est ac sociorum, Cloppasse officiales superiores vix habent & habere etiam prohibent juxta Bullam Urbani, talia quoque negotia expedienda non habent ac Jesuitæ, adeoque votum obedientiae non pari modo agnoscunt; Attamen non detrectant, quod ipsi confessarii injungunt, juxta quorum consilia quandam vivendi normam immediate sibinet ipsi prescribunt seque ipsorum directioni in exercitiis spiritualibus subjiciunt, adeo ut, cum inter alia perfectionem monasticam quadam emulantur, non inconsulto Confessario circa bona sua disponant, cœca itaque ipsarum obedientia est, & dependet ab unius ore, vid. Voëtius Polit. Eccl. lib. 4. tract. 4. c. 9. p. 1012.

§. XXXIX. Annon & modernæ Jesuitissæ docent? Ita est; Equidem munus docendi pertinet ad quartum Jesuitarum votum, quod est: *propaganda fidei,* se enim obligant in omnibus tertæ partibus propagare fidem. Alii nuncupant votum *mancipi*, quoniam vi hujus Præpositus generalis sive Professi cœu voto huic jurati Romano Pontifici ita adhærere solent, ut alias cæteri Fratres tribus votis prioribus jurati adhærrent dicto Generali. Itaque Jesitarum Professores existunt mancipia Pontificis, cui se totos obligant, quibus etiam

etiam ad omnium officiorum ac servitiorum genus exigendum utitur, quemadmodum gentiles olim suis mancipiis utebantur; At quod docendi Jesuitiarum munus speciatim concernit, negari non potest, quod ut olim huic voto se adstringere animo constituerant, ita & hodie, ubi possunt, se adstrictas eidem sentiant, ut Bulla pap. testatur. Ita & hodie volunt videri salutem hominum ipsis curæ esse cordique. Non enim exiguam curæ pragmatis rerum Ecclesiasticarum partem in se suscipiunt, ceterobzando rudiiores, canendo voce & instrumentis in officio divino, hereticos convertendo, pauperes, egrotos & affitos visitando, nova quelibet curia & sacerdotibus nunciando, missiones & legationes romano ecclesiasticas imprimis in gratiam Jesuitarum & aliorum Regularium pro nosse & posse conciliando, promovendo; Sic postremum Usurpatonis membrum ipsis speciatim imputasse inque eas inveniunt esse Philippum Rovenium, §. 27. cit. vid. Voëtius Polit. Eccles. Part. I. lib. I. de Object. c. 2. Conf. 4. p. 34. 35. & Pare. II. lib. I. tratt. 4. cap. 3. Quæst. 4. p. 208. imprimis vero lib. 4. tr. 4. Sect. 2. c. 9. p. 102. seq. Ita quoque Viena, Praga, aliisq; in locis romano-catholicis puellas sub forma ac specie pietatis, ut & legendendo, scribendo, &c. informant; sed spargunt potius juxta hæc sensim impedimenta pietatis ac religionis. Ut. §. 27. fuit ostensum.

§. XL. Sic Jesuitissæ differebant à ceteris Cloppis ratione formæ; distinctæ autem abs iisdem etiam sunt ratione externi habitus seu vestitus. Certum est, Jesuitissæ olim ex monasteriis monialium ad castra Jesuitarum majorem partem transisse, signum schismatis externum quoque fecisse atque certam aliquam pectoralis vestitus partem gessisse, quo etiam externe novitia quedam religiose vivendi societas non immerito dicenda esset, sic easdem Bulla describit: *Distinctum à ceteris habitum usurpare*. Cui sententia assentitur Voëtius loco cit. p. 105. Sic hodie unicuique ipsarum reliquum est mutare vestes mundanas atque contempnere, votumque ejusmodi vel Deo, vel sanctis, vel immediate Imaginibus Patris sui spiritualibus nuncupare assolent. Ita in Germania ut & in Belgio hinc inde peculiari nigro habitu circa pectora utuntur. Nota quidem ipsis de vestitu regula est: *Habitu illorum conformem esse debere vestimentis, quibus Clerici & Sacerdotes utuntur, ne novo & peregrino habitu hominibus, quibuscum conversantur & agunt, molestem & aversumem creent, it, vestes sint mundæ & cum religiosa decencia composite*. vid. Reg. Magistri Novit. Reg. 8. p. 156. Sed Dn. Patres non curant admodum Regulas, semper mutant vestitum, cum præprimis aliis in locis degunt, ibi

enim palliis philosophicis utuntur, vel incedunt ovium vestitu. Ita se gerere etiam mulierculas nemo inficias ibit, an vero vestibus suis spiritualem affingant interpretationem ac Jesuitæ, nos later, fortius concludendum, cum in aliis ad ipsorum nutem vivant; Ita tunicula interior album Jesu nostri, quā ipsum Herodes deriserit, vestem designari volunt. Cum claudunt calceos, inquiunt insimul: *Domine, non sum dignus, qui solvam corrigiam calceamentum tuum*, dum se constringunt: *Cinge Domine femor a mea castitatis cingulo. Sic quoque indusum volunt esse perpetuæ Castitatis devotæ memoriam.* Sub tuniculis thoraces, caligæ & tibialia gestant, hæc singula interpretantur spirituali modo, juxta Epb. VI. 14. 15.

§ XL. Differunt Jesuitissæ à cæteris Cloppis ratione moram & gestuum: Habent hinc Jesuitæ speciales Regulas modellos p. 23. Reg. 2. Caput buc illuc leviter non moveatur, sed cum gravitate, ubi opus erit: Et si opus non sit teneatur rectum cum moderata in flexione in partem anteriores ad neutrum latus deflectendo, hanc bene servare sciunt Regulam, & ut alias de Jesuitis verum est, se habitu externo tam sancte tamque justæ atque severe comparere, ut opinari quisqueat, *Johannem Baptistam* in severo suo cultu non fuisse sanctiorem: Ita semper in Jesuita hominem videmus humanissimum, si vultui, plenissimum ac humillimum, si gestui credamus, caput eleganter contum & in unam partem habet inclinatum, ut videatur ejus similis, qui nostri causa in Cruce pendit, at gestuum apparatus est ovina pellis, larva virtutum, latetque sub isto habitu & vestitu vulpinus sæpe animus ac serpens antiquus, Jesuitam ita in originali depictum quasi exhibet Læcius cit. lib. c. 3. p. 13. Idem de Jesuitissæ dici potest, certis in rebus abs cæteris Cloppi adeo non abeunt, cum Begvinis præprimis consentiunt in multis, excepto saltim, quod adeo nimis familiares & frequentes non vivant, sed ab hominum consortio plerumque sequestrata & alienæ sint, quarum similium muliercularum exempla adduxissa fusus fertur Alphonsus Rodriguez de perfectione fratrum religiosi Tom. II. & III. edit. ult. Colon. in 8.

§ XLII. Comparuerunt itaque Jesuitissæ, quales olim fuerunt: quales sunt: Quod studium earum fuerit, & adhuc sit, jam simul indicavimus. An pari modo cum Jesuitis, Ecclesiæ Romana & Pontificis commodis velificantur sint, merito dubitatur. Jesuite autem in persequendis hæreticis, uti dicunt falso, sedi Apostolicæ plus ullo Religiosorum ordine velificantur, quin ipsorum fervor persequendi ita comparatus est, ut Caligulae crudelissimi istius gentilis Imperatoris, quæ Romanis impreca-  
ti so-

ri solitus est, symboli verba : *Uinam una Cervix?* protestantibus re-  
apte applicare mallent; quemadmodum truculenta ista bestia Germaniam imperatrura, Alexander Farnesius aperte professus est : *Sic Germanos ac Protestantes Ecclesia Romana reconciliabo, ut equus meus ventrem tenus in sanguine Protestantum incedere posse;* testis est Hospinianus Lib.  
4. de doctrina Jesuit., p. 1076. quinimo confessionem suam dextre satis  
edunt verbis seq. *Bellum, quod communii Christianorum consensu contra Mahometanos geri oportuit, utilius ad DEI gloriam contra Sectarios, qui inter nos sunt, omisis Turca veri debuisse, adducere nolumus, quid Viri verè religiosi, tantum quid Thuanus ipse Pontificius judicet de hac sententia theologica : Quod quam pie & juxta manus etudinem christianam dicatur, ipsi, qui Conscientias aliorum moderantur conscientiam suam ro-  
gent.* Lib. 67. p. 190. Cum vero Jesuiticum regimen ac statum, qua talem  
penitentem, quo omnia suo gaudent ordine & quivis eorum suum respi-  
ciendum habet Superiorum usque ad Praepositum generalem, qui Romæ  
vitam plerumq; vivit, alterumque Papam quasi representat, quid enim  
Papa in Ecclesia Romana, id Generalis hic penes ordinem suum valet;  
Rebus itaque sic se habentibus, difficile multis videtur horum sperare in-  
teriorum. *Cesariani olim & Octavianiani, Posteri scilicet Cesari & Octa-  
vii divinas dicuntur :* Jesuitas quidem Papatui magnum fulcimentum  
præbere, attamen non esse destitutos usque dum sanctum Patrem Ro-  
manum throno suo dejecisse papali, inque eundem ascendissent, ut ex  
ore horum Prophetarum audiri Hafennüllerus His. Ord. Jesuit. c. 2.  
de Nomine Jesuit. p. 24. seq. At saniores Jesuitarum ipsi Loyolæ Proph-  
etiae magis assentientur, cum dixit : *Societatem Iesu tamdiu esse durau-  
ram, quamdiu alij eandem prosequerentur : Si autem obtineret, nec ulro  
persecutiones sentire, tunc esse casuram ; Recensemus ex ore cuiusdam  
Societati Iesu quandam addit, nunc autem per Dei gratiam illuminata  
& conversi; Vaticinio itaque Ignatii assentendum latius existimamus.*  
Quemadmodum autem culmen honoris, gloriae ac superioritatis atti-  
gisse non parum videntur, ita spes sui interitus magis crescit, quia cum  
primis inter se dissentire ipsi incipiunt; Non exiguis inter istos erat dis-  
sensus Romæ anno 1693. cum ipsorum Generalis abusus quosdam con-  
stitutionibus Ignatii contrarios abrogare conatus esset, item vero com-  
positam iterum brevi tempore post sumus experti; ut solent, cum dis-  
sensio oriri inter ipsos videtur, verentur enim, ne, si schismata inter se  
fovēant, tota cadere caterva incipiat. Boni nec quicquam auguratus est  
do

de ipsis quondam *Melchior Canus*, Episcopus Canariensis, magnum illud Ecclesiae Hispanicae Lumen, cum regnum id intrasse modo eosdem putaret, conclusi statim, nunc mundi finem instare & Antichristum, quam primum esse venturum (juxta ipsius eeu. Pontificii opinionem erroneam) quoniam apparerent ipsius Precursores & speculatores, & sic à Cano se vocatos ipsis non negant, vid. *Praefat. in lib. Gall. La Moral Pratique des Jesuites.* Fortisan vero & ante finem mundi horum instat interitus, si certum est, quod *Floravantius*, Jesuita, *P. Urbani Confessarius* dixit, cum legisset Mariannæ librum *del governo de la compagnia di JESUS*, cum gemitu exclamavit: *Heul heu! astum est de nobis Jesuita, quando nimis vera sunt, que liber hic cantat, quare & Pontificem magnopere obtestatus est, ut societatem Jesu, quam commendatissimam habere, institutaque ejus reformatione certissimum interitus ab ea amoliri vellet, adjectis insimul: nec verbis exprimis posse, quantum in ea discessum sit à religiosa discipline observantia.* vid. *Hoornbeekius Exam. Bullæ p. 47.* O si *Floravantij Prophétia res in eventu ex voto respondeat ac Tarvisij*, Patriarchæ olim Venetorum, qui jurejurando confirmavit, Jesuitas ob suos seditiones spiritus olim Venetiis iri expulsum, quod & annos 50. post feliciter factum est, quia inauditam plane discordiam ac scissuras non unas ibidem excitaverint, vid. cit. *pref. lib. Gall. La moral. Pratique des Jesuites.* Comparantur alias *Equitis Templariorum* ob maximas præsertim divitias; An Jesuitæ, auri custodes sacri & horum fata quoniam experti sint, tempus docebit; Ad minimum omnium Romano-Catholicorum ferme odium concitarunt sibi jam dudum, quæ una rationum erat haud exigua, quod Equites Templariorum fuerint extirpati. Cum igitur instat horum Interitus & Jesuitistarum ruina hunc omnino sequetur, quod omnes boni nobiscum sperabunt.

*S. XLIII. Et sic habes, LECTOR BENEVOLE, argumenti nobis propositi breverem, qua licuit, deductionem exercitationis academicæ loco;* Si nostris perlustrare oculis contigisset Belgarum, penes quos Jesuitæ maximam partem semper commoratae sunt, seu Colonensium Bibliothecas, sane plura tum manuscripta, tum typis expressa eaque rariora promittere nobis potuissent, sed non omnibus adire licet Corinthum; Qua de causa *LECTOREM BENEVOLUM* veniam sponte nobis daturum speramus. Nostrum hic illud facimus *Ausoni:*

*Alius alio plura invenire potest; Nemo omnia!*

S. D. G.





**ULB Halle**  
006 301 126

3



SB

KD 17  
KD 18







1699, 4 a

I. N. J. NNIS COLERI,

S. THEOL. C.  
**MA HISTORICUM**

De

# ITISSIS

S

**R** = Rennen /

217

## Revolo Indultu

# Facultatis Philosophicae

## **Philurea Illustris**

ctober. A. M. DC. IC.

## RESPONDENTES

**OBIA Gleich / Geran**

Baccal. SS. Theol. Stud.

*Scutellaria galericulata*

putatione pu

## ventilatum

*Nunc*  
nte Bulla Papali

& correctius.

*inis autumnalibus.*

S. A. M. D.

M. DCC. I.

## Denuò Recusa.

卷之三

